

cap. 2. Dicti à fistulis & calamis avenatum quibus cibum capiunt.
Solinus. Alij concretum os habent, modicum tantum foramen, quo calamis avenarum cibos hauriunt, *σύριφας* enim Græci fistulas appellant.

Syricum, *σύριγχος*, color factius, ex synopede, & sandyce mistis, quo minium adulteratur. Plin. lib. 13. cap. 6. Sublimi autem syrio minium, compendij ratio demonstrat. Et paulo antè, Præterea à vilioribus ochra, cerussa usta, sandaracha, sandyx, syricum atramentum.

Syringites, *συρίγιτης*, gemma, quæ stipulae internodio similis est, ac perpetua fistula cavatur. Plin. lib. 17. cap. 10.

Syrinx, *σύριγχος*, *chalis*. *σύριγχος*. ANGL. A pipe, a squirt. } fistula, sive ea simplex sit, quam Græci vocant *μενοκήλαμος*: sive ex plurimis calamis contexta, quam illi *πολυκήλαμος* appellant. ¶ Fabulantur Poëtæ Syringa nympham fuisse Arcadiæ, quæ quum Panos vim effugere non posset, miseratione deorum mutata est in palustres calamos.

Ovid. i. *Metamorph.*

Inter Hamadriadas celeberrima Nonacrinas

Naias una fuit, nymphæ Syringa vocabant.

Syrticūs. *σύρτις* dudh. *σύρτις*. } Vas vimineum in quo fucus solent asservari. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 3.

Syrites, *σύριτης*, lapis qui in lupi vesica nascitur. Plin. lib. 11. cap. 37. In vesicali lupi lapillus, qui Syrites appellatur.

Syrida, filia fuit Danorum Regis Sylvaldi, tantæ pudicitiae, ut quum ob elegantiam formæ magna procorum frequentia pateretur, spretis tamen omnibus, præterit ecelibatum. Saxo lib. 7.

Syrmā, atis. *σύρμης*. Genus vestis tragicorum, vel cauda, sive tractus vestis foeminarum. Martial. lib. 11.

Aptasti longum tu quoque syrma tibi.

Idem lib. 1.

Musa nec insanos syrmate nostra tumet.

Senec. de Bacch. Qui habitu muliebri nonnunquam se ornabat, aucto decorum syrma barbaricum. Apuleius subscrabit *Apolog.* i. Solinus, vestitur syrmate: hic syrma vestis est fluxa & prolixa humumque vertens, qualis erat tibicinum, & fidicinum, ut apud Horat.

— traxitque vagus per pulpita vestem

Hanc Orpheo tribuit Maro 6. *Aenoid.*

Necon Threicius longa cum ueste sacerdos.

De hac & intellexit Tibullus,

Ima videbatur talis illudere palla.

¶ Sumitur interdum pro longa tragicæ orationis serie, tenorem suum usque in ultimum protrahente: à *σύρω*, traho.

Syrmæ, *σύρμης*, cibi genus ex adipe & melle confectum, purgationibus in primis aptum. ¶ item certaminis genus apud Spartanos, in quo viator hujusmodi syrmæ donabatur. ¶ Item raphani genus, apud Herodotum. Vide Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 21.

Syrnæ, *σύρνα*, oppidum in Cherroneso Cariæ adhærenti, à Podalirio conditum; à nomine Syrnes uxoris ejus ita appellatum. Ferunt enim Podalirium, quum in Cariam esset ejectus, à caprario quodam fuisse servatum, & ad Damæthum Regem deductum: cuius filiam de tecto delapsam quum detracto ex utroque brachio sanguine servasset, admiratus hominis ingenium Damæthus, filiam ejus beneficio servatam, ei uxorem tradidit, Cherroneso illi in dotem attributa: in qua Podalirius duas condidisse urbes traditur, quarum alteri uxoris, alteri pastoris nomen inuidit. Autor Steph.

Syrōphœnicæ, *σύροφœnicæ*. Populi Asiae, iidem cum Phœnicibus, ita dicti, quod maritima Syriæ incolant loca. Juven. Sat. 8.

Obvius assiduo Syrophœnix unus amomo.

Syrpe, laserpitium. *σιρφεῖον*: & laser *στρόψ*. Solinus. Apud Cyrenenses præterea syrpe gignitur, odoratis radicibus, virgulto herbido magis quam arbusto. *Plautus.* Si speras tibi hoc anno multum futurum syrpe & laserpitium, eamque eventuram exagogam Capuam salvam & hospitem. *Priscianus* ejus meminit, & apud Ciceron. ad Attic. doctiores legunt Clodius ergo, ut ais, ad Tigranem? vellem Syrpe conditione. ubi alij Syria.

Syrigabis, Datij mater, quæ audita morte Alexandri, se perpetuæ nocti dedit. Autor Curtius.

SYRTIS, ium, *σύρτεις*. GAL. Les syrtes, lieux sablonneux en la mer de Libye. ITAL. Secche d'Africqua. GERM. Frey gesärtliche ðrter im meer nahe bey Africa von wogen desse sands so das wasser einest hie dan dort auss/wirfft. HISP. Baxas de barvaria. ANGL. Sandie places in the sea of Lybia. } Duo sunt sinus pericolosissimi in mari Libyco, quæ Africam propriæ dictam alluit: quorum alter, qui Carthagini propinquior est (minorem Syrtim vocant (c.c.m. passuum ambitum habet. Alter, qui in Cyrenaicam vergit, major Syrtis dicitur, habetque circuitum DCXXXV. m. passuum. Utraque Syrtis navigantibus est pericolosissima quod mare ibi vadoum sit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem vicissim immutant, dorsaque & brevia, in alia atque alia loca transferunt. Syrtium harum naturam sic describit Salustius in *Iugurtha*. Duo sunt sinus in extrema Africa impates magnitudine, pari natura, quorum proxima terris præalta sunt: cetera uti sors tulit, alta; alia in tempestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse & ventis favere coepit, limum, arenamque, & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutantur. Syrites ab tractu nominantur. Hæc Salustius. } Sunt & in terra Syrites in eadem Africa, vento arenas excitante, & proxima quæque operiente. Unde Solinus author est. iis in locis, quamvis terra iter facientes, cursum syderibus regere. Nam arenarum cumulus vento agitati locorum faciem mutant: & quemadmodum in mari, nunc aggere sublimia faciunt, quæ prius desidebant; nunc vallibus profunda, quæ prius excelsa erant; denique procellarum ritu arenæ exigitantur, syrtimque faciunt terrestrem, paris cum illis æquoreis periculi. Parum enim refert, undisne, an arena quis obruatur. Hæc Solinus. Syrites, rivi rapaces, sinus maris, vel loca arenosa. Claudian. Panegyr.

— Getula stant pulvere syrtes.

Hinc adjectivum, *Syrticus*, ut Hammon Syrticus. Lucan. lib. 10.

Syritæ, gemmæ in littore syrium repetæ. Isid.

Syrtes, *σύρτεις*, apparatus, vestitus muliebris. Poll.

Syrupa, olivæ conditaneæ species. Rhod. Colum.

Syrpus, quod aliter serapium, *σεράπιον*, Astuario, medicamentum forma liquidum ex succis vel aliis stirpium partibus cum liquore aliquo perecctis & mellitis, vel saccharatis ad saporis gratiam & custodiæ diuturnitatem. Vid. Rhod. lib. 25. cap. 25.

Syrii, *σύριοι*. Stephano insula Ioniae, Asiae regioni opposita, à qua Pherecides Syrius ortum habuit, non à Syria regione. ¶ Scyrus vero, *σύρος*, Thraciæ ascripta est, ut Strabo & Plin. testantur. Vide suo loco.

Syrius, a, um, denominativum: ut, Mala, Syrica, Col. lib. 5. cap. 10. Præterea malorum genera exirendæ, maxime Scandiana, Syrica.

Syrus, sive potius Sirus per nostrum, Fossa seu cuniculus subterraneus, in quo frumentum conditur, & diutissim conservatur. *Σύριος*.

GAL. Vne fosse à tenir froment. ITAL. Fossa. GERM. Ein Kornbrug. HISP. Cava ò hoyo. ANG. A place under the earth to lay up and keep robust in. } Syros, inquit Curt. lib. 6. vocant Barbari circa Caucasum, quos ita solerter abscondunt, ut nisi qui defoderint: invenire non possint: in iis conditæ fruges erant. Plinius lib. 8. cap. 30. Utilissimè servantur in scrobibus, quos syros vocant: ut in Cappadocia & Thracia, Hispania & Africa. Columel. lib. 1. cap. 6. Vbi puteorum modum, quos appellant Syros, exhausta humus à se fructus recipit. Vide plura de hoc suprà in dictione *Sirus*. ¶ Syrus item, authore Nonio, scopas significat à Græco *σύρειν*. Varro in *Marepare*, Ventique frigido se ab axe eruperant phrenetici Septentrionum filii, secum fermentes tegulas, ramos, syros.

Syrus, i. Nomen est servi Lenonis in Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 2.*

Syrcenia, contubernia in publico convivantium Spartanorum. Rh.

Syssitla, *συσίτια*. Græca vox est, soliditatem significans, sive convitum. Vnde *συσίτοις* dicuntur sodales, quique eadem utuntur mensa. C. ajus *lurisconsultus de verbis*, signific. Sodales sunt, qui ejusdem collegij sunt, Græci *συσίτιοι* vocant.

Sycevalis, *συκεβαλίς*, figura quâ longa syllaba contra naturam corripitur: ut apud Virgilium.

Connubio jungam stabili proprietamque dicabo: ubi, *nu*, syllaba corripitur, quæ naturaliter longa est, quum ē nubo deducatur, cujus prima syllaba producitur. Quare & in nomine connubium erat producenda: quo pacto etiam idem usus est 3. *Aeneid.* Hæc Andromache Pyrrhus connubia servas?

Syzetesis, *συζετεῖς*, disputatio, qua ultro citroque disquiritur.

Szygla, *συζυγία*, Conjugium, sive conjugatio. Vnde Galenus lib. 8. 9. & 10. de usu partium, septem illas parium nervorum productiones quibus sensus à cerebro in universum corpus distribuuntur, syzygias appellat. Harum prima est nervorum ἐπιπλάνη, hoc est, visoriorum, qui circa medium sui coeunt, Græcae literæ imaginem referunt, rursusque separati, in oculos recipiuntur, quibus spiritum visorium subministrant. Secundæ syzygiæ nervi in oculorum musculos inseri, motum iis suppeditant. Tertia gustus sensum in linguam, reliquaque oris partes defert. Quarta toti palati tunicae inservit. Quinta ad aures fertur, iisque sensum auditus suppeditat. Sexta ad intestina, visceraque omnia ad sensum transmittit, nervosque recurrentes producit. Septima dat motum linguis, & rectis laryngis musculis. Est & alia præter has, quæ versus nares odoratus gratiâ defertur: quæ idcirco non anumeratur inter nervorum syzygias, quod extrâ cranium non prodeat. Vide plura de his apud Galenum de dissect. nervorum, & lib. 8. 9. & 10. de usu partium.

Szygus, *συζυγός*, conjux. à ζυγὸς jugum.

NOTÆ ANTIQUORUM.

S. Sacrum, scellum, semis, sepulchrum, scilicet, senatus.

S. SACR. sacrum. SARM. farmaticus. SATVR. Saturnalia.

SC. MM. sacræ memoriae SC. senatus consultum vel consulum, SC. D. senatus consulto decreatum, senatus consultus decrevit. SCI. AF. Scipio Africanus. SC. PS. senatus consultum, plebiscitum. SC. FAC. E. senatus consultum factum est.

SD. sacrum diis. S. D. SYL. sententiam dicit, vel dedit Sylla. S. D. supra dictus.

SUMP. Sempronius. SEPT. septimus. S. EQ. Q. OD. ET. P.R. Senatus Equestrisque ordo, & Populus Romanus. SER. Servius, Servilius, Sergius, servus. SEX. sextus. Sextius. SEV. Severus. SEV. AVG. ARM. PAR T. Severus, Augustus Armenicus Parthicus.

S.F.S. sine fraude faâ.

S.G. satis gestum. SG. sacrilegium.

S.I.D. supplicatio immortali Deo. SIG. sigillum.

SL. Sylla. S. L. sacrorum ludorum, sacrum ludum, sine lingua.

S.M. sine Manibus, sine malo, sacrum Manibus.

SN. Senatus, sententia. S. N. L. socij nominis Latini. SN. P. M. sine periculo mortis. S. N. S. Q. si negat Sacramentum querit.

S.O. sine occasione, sine oculis.

SP. spurius. S.P. sine pecunia, sine patre, sine pedibus. S.P. D. salutem plurimam dicit SP. F. spurij filius. SP. L. spurij libertus. SP. M. spurius Melius, suprà memoravit. SPOR. sportulis. S. P. Q. L. Senatus Populûsque

Populūsque Lucensis. S.P.Q.R. Sabinis Populis quis resister? Se-natus Populusque Romanus. S.P.Q.S.C. P. S. sibi posterisque suis curavit pecuniā suā.
S.Q.S.S.E.Q.N.I.S.R.E.H.L.N.R. siquid sacri sancti est, quod non iuste sit rogatum, ejus hac lege nihil rogatur.
S.S. sententia senatus, sacri scrinij, somniorum somniator. SS. sanctissimus S.S.C. secundum suam causam S.S.S. sancto Sylvano sacrum, supra scriptae summæ. S.S.S. Sanio sanctissimo sacrum.

S.T. vox silentium indicantis, statutum. S.T. sine testibus, sine testiculis S.T.A. sine tutoris autoritate. ST. CS. statu Consules STD. stadium. STD.D. stadium dicavit. ST. LITIBUS Litibus. ST. P. stadium posuit, studium posuit. ST. SN. statuta sententia, statuti Senatores, stupet Senatus. S.T.D. sacræ Theologiae Doctor.
S. V. L. Q. sibi, uxori liberisque. S. VR. sine viribus. SVRVM. suorum. S. f. P. Q. R. Salva Crux populum quem redemisti.
SYL. Sylla.



T

LITTERA, ut ceteræ mutæ, ori non nihil inter pronuntian-dum exhibet negotij. Quod & Lucianus significat, qui in judicio vocalium ludens, Σ inducit T literæ objicien-tem, quod vinculis quibusdam vocem humanam intorqueat, ac dilacerare conetur. Apud Atticos & Dotes frequenter & sede sua ejicit. Rursus apud Latinos non pauca per t scribi solebant, quæ nuper per s scribimus. Nam meritare & pulicare antiqui dicebant, nos mersare & pulsare dicimus. Habet præterea t litera cognatio-nem quandam cum d, ut ait Quint. lib. 1. cap. 4. Veteres namque Alexander & Cassantra scribebant, ubi nos Alexander & Cassandra. Insuper T. litera veteribus sc̄tis subscribi solita, eaque notâ significabatur, illa Tribunos quoque censuisse. In militâ item T. significabat militem esse superstitem: Th Θ esse mortuum.

T A

Tautes Scalig. in Not. in Fragmenta, Philo Bibliensis Taautem Phœnicum dicit primum omnium deorum fuisse, quem Ægyptij vocaverint Thorh, Græci ιεροῦ.

Tabæ, Tabarum, τάβαι. Vrbs Ciliciae; ut ait Plin. lib. 5. cap. 27. Stephanus, Tabas alias collocat in Lydia, item alias in Caria, & alias in Paræa.

Täbänüs, i. Muscæ genus, quod & asilum Latini nominant, in ore aculeum habens, quo armenta maximè infestat. οἰσπός. GAL. Tabon. ITAL. Tafano, tavano. GER. Ein brâme. HISP. El tavano. ANGL. A fly sucking the blode of beastes, a horse fly or dogge fly. Unde Poëtæ fingunt, Io puellam, tabano à Iunone immisso, versam fuisse in insaniam. Plin. lib. 11. cap. 28. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sive tabanum dici placet: item culicibus & quibusdam muscis. Varro 2. de re rust. cap. 5. Itaque quod eas æstate Tabani concitare solent, &c.

Täbärēnī, ut apud Pomponium legitur, sive potius Tibareni, ταβέρναι Stephano, quo pacto etiam apud Strabonem & Plinium scribitur, populi sunt ad Pontum Chalybibus proximi, adeò religiosi justitia custodes, ut prius prælio non congregiantur, quā diem, locum & horam, ex fide hosti denuntiarint. Quum mulier partu liberatur, vir in lectulum tanquam pueri author decumbit, eumque ut pueroram effeta uxor curat, ut ex Nymphodoro Cælius annotavit. Valer. Flac. lib. 5.

In de Genetæ rupem lovis, hic Tabarenūm
Dant virides post terga lacui: ubi deside mitra
Fœta ligat, partique virum sovet ipsa solu: o.

Täbäfacio, vide Tabes.

Täbellä, Tabellarius, vide Tabula.

Täbéo, es, vide Tabes.

TÄBÄRNÄ, æ, quodvis ædificium habitationi aptum, non ex eo quod tabulis claudatur, ut tradit Vlp. in l. taberna 183. D. de verb. sign. Sed vel quod ex tabulis olim fiebat, juxta Festum; vel à trabibus validiobus quibus superiora suspendebâtur, quasi trabena, ut placet Donato. Tabernæ igitur appellatio declarat omne utile ad habitâdum ædificium. d. 1. 183. & ibi Alciatus. οἰνηγός. GAL. Logis, ou loge, boutique. ITAL. Bottega, allogiamento, albergo. GER. Wehausung/gadenladen. HISP. Tienda donde algo se vende, meson o venta. ANGL. A roare house, a shope or work house. Cicero Attic. lib. 14. Tabernæ mihi duæ corruerunt. Idem ad Quint. fratr. lib. 3. Crassipedis ambulatio ablatæ, horti, tabernæ plurimæ, magna vis aquæ usque ad piscinam publicam. Taberna diversoria. ηλίλι malón. κρατηλεῖον. Plautus in Menach. — quantum potes Abduce istos in tabernam actutum diversoriam. Taberna item dicitur in qua merces venditantur: item officina in qua fiunt opera. Et tabernarum quædam lanaria, quædam vinaria, quædam olearia, & hujusmodi. Nonius scribit tabernas non tantum vinarias esse sed & omnes quæ sunt popularis usus. Plin. lib. 10. cap. 43. Postea ad tabernam remeans plurimum annorum assiduo officio mirus. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 4.

Nulla taberna meos habeat, neque pila, libellos.

Tabernula, æ, parva taberna. Varto, lib. 4. de L. L.

Täbärnäliūs, a, um, adject. ηγαντλιγ̄. GAL. Appartenant à bouti-que. ITAL. Pertinente à bottega. GER. Kramersch oder schlacht. HISP. Perteneiente à tienda. ANGL. Belonging to a shope or work house. ut, Comœdia tabernarie, in quibus humiles personæ introducebantur: cujusmodi sunt institores, qui in tabernis merces venditant.

Täbärnäfus, ij, Institutor, qui in taberna merces suas venales habet. רכבל rochél. ηγαντλ. GAL. Boutiquier, mercier, tavernier. ITAL. Bottegai. GER. Ein krämer der in einem Kaufstaden feil hatt. HISP. El tendero, mesonero o ventero. ANGL. He that keepeth a shope and selleth wares. Cic. pro L. Flacc. Opifices & tabernarios atque illam omnem facem civitatum quid est negotij concitare? Idem pro domo sua, Claudio concitator tabernariorum. Cælius ad Cicer. lib. 8. Sed dici non potest quomodo hic omnia jaceant: nisi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veterus civitatem occupasset.

Täbärnäculüm, i, Subitarium quoddam tectum frondibus, aut strigulis opertum adversus Solis, tempestatisque injuriam: cujusmodi sunt, quæ in castris excitantur, & modò huc, modò illuc transferuntur. ἡπτή ὁμέλη, σκιώμα, κλισία. GAL. Tabernacle, pavillon ou tente de guerre. ITAL. Tabernacolo. GER. Ein hütten/gezel. HISP. La tienda de liendo o tablas. ANGL. A tent or pavilion. Cf. 6. de bell. Gall. Hic diffusus suæ ac omnium saluti, incensus ex tabernaculis prodit.

Tabernaculorum festum, vide Scenopedia.

TABES, is, Colliquatio ex morbi diuturnitate, seu nimia corporis extenuatio ex cura, animive ægritudine procedens. οἰνηγός, οὐρ-ηγός. GAL. Maladie par laquelle une personne devient tout sec & épuisé, érisie, ou phisie. ITAL. Tischezza, mal di tisico, marcia, sanguine marcio. GERM. Schweißsucht/aufstörrung oder aufstörrung. HISP. Corrupcion d'podre, o tisica. ANGL. Apyning and drying away for lacke or natural moisture. Hujus tres sunt species. Una, quum corpus non alternatur, & ita summa oritur macies, & nisi occurritur, occidit: quæ ἀρρεφία dicitur à Græcis: & qui hoc malo laborant, ἀρρεφοι. Altera, ubi malus corporis habitus est, ideoque omnia alimenta corruptuntur: hanc Græci καρκίνον nominant. Tertia, quam Græci φύρον, vocant, λέπη το φύρον, quod est consumi, & tabescere, quum in pulmonem descendit à capite pituita, & frequens tussis oritur, cum exulceratione. Ex hac febricula levis fit, quæ etiam quum quiete, tamen & repetit: frequens tussis est, pus excreatur. Hæc Sipontinus ex Cels. lib. 3. c. 2. Tabem (inquit Festus) antiqui usurparunt pro eo quod quid faceret tabescere. Salustius. Catil. Vti tabes plerosque civium animos invaserat. Cicer. 3. Tusc. Habet ardorem libido, levitatem lætitia gestiens, humiliatatem metus: sed ægritudo majora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem, &c. Virg. 6. Æneid.

Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit.

Vbi Servius, Tabæ corpore desuente paulatim. Arborum tabes, qua arbores alimentum non sentientes elanguescent, & tandem arescant. οὐρηγός, ἀρρεφία. Plin. lib. 17. c. 24. de vitiis & morbis arborum loquens, Quædam temporum causæ aut locorum non propriæ dicuntur morbi, quoniam protinus necant: sicut tabes cum invaserit arborem, aut uredo, &c. Quæ verba Plinij ad verbum ferè ex 4. Theophrasti de plantis transcripta sunt, qui hanc tabem οὐρηγήν ή δίδων vocat, quasi percusionem, aut stuporem arborum, quum stirpes arescant tabido morbo exucti, eo modo quo homines ægi longa gabe emaciati, defectique. Interdum aliiquid cruentum, & purulentum significat, quod Græci φύρον, seu λόσπον, nominant, πομακ. Ovid. 3. de Pont.

Tignaque mortifera tabo sagitta mader.

Servius in illud Virgilij 3. Æneid.

Et terram tabo maculant.

Tabo (inquit) nomen est sexti casus tantum: quod si velis declinare, hæc tabes, hujus tabis dices. In hac tamen significatione usitatiū utimur nomine tabo. Idem lib. 8. Æneid.

Et sanie taboque fluentes.

Vbi idem Servius, Sanie, mortui est: tabo viventis, scilicet sanguinis. Ovid. 2. Metam.

Protinus invidia nigro squalentia tabo

Tecta petit.

Ubi interpres, Diptoton nomen est, & duoru n casuum:nam tibi, & tabo solū invenitur. Virg. 3. Georg.

— turpi dilapsa cadavera tabo.

Tabitudo, Tabes, οὐρηγός. Plin. lib. 22. c. 25. Peculiariter tamen ad tabitudo longo morbo redactis subvenit de halica.

Täbädūs, a, um, Tabi obnoxius, propriæ de eo dicitur qui morbo, vel animi ægritudine extabescit, & colliquatur. οὐρηγής, μερεψός. GAL. Etique, qui est en chartre, corrompu & gasté. ITAL. Marcio, guasto. GERM. Ausiterrend/ schwach and an Kreftten abkommen. HISP. Podrido o corrumpido. ANGL. That is pined away for lack of natural moisture. Accipitur tamen etiam generalius pro omni eo quod quovis modo corrumpitur. πομακ. Ovid. 1. de Pont. Eleg. 1.

Non igitur mirum est, si mens mea tabida facta,

De nive manantis more liqueficit aqua.

Tabida lues, id est, tabifica. Virg. 3. Æneid.

— subito quum tabida membris,

Corrupto cœli tractu, miserandaque venit

Arborib[us]que, satisque lues.

Sic etiam tabidam vetustatem appellat. Ovid. 4. de Ponto, Eleg. 8.

Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas

Nullaque res mages tempore rubor habet.

¶ Nix tabida quæ jam remittente se frigore solvit. Liv. belli Punici. Itaque in levi tantum glacie, tabidaque nive volutabantur jumenta. Aliquando etiam tabidum dicimus, quod tabo difficit, & sanguinosum est. Mart. lib. 1.

In dignas premeret pestis quum tabida fauces,

Inque ipsos vuluis serperes atra lues.

Iogituz

loquitur de lichenibus.

Tabifcus, a,um, quod tabem inducit. ξ φθισις, φθογωνιος. GAL. Qui fait emmaigrir & dechoir jusques à devenir en chartre, putrefactis. ITAL. Cosa ch' ha virtu di putrefare. GERM. Das macht aufzutrennen/trefftig zu feulen oder schweinend zu machen. HISP. Cosas que haze podrir algo. ANG. That bringeth pyning or rotting away of the bodie. 3. Virg. in Epigramm.

Livor tabificum malis venenum.

Vnde & Cicer. lib. 4. Tuscul. Ægitudo, & metus, tabificæ perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum, & afflictionem inferunt. Plin. lib. 29. cap. 4. Non enim est tabifica vis: itaque occisa mortuæ earum animalia cibis innoxia sunt. Sueton. in Tiber. cap. 73. de ejus morte loquens: Sunt, inquit, qui putent venenum ei à Caio datum lentum atque tabificum. Lucan. lib. 5.

— resolvit

Aëra tabificum.

¶ Antiqui tabificabile in eadem significatione usurparunt: ut annovavit. Norius, citans illud Accij ex Med. Pernici orbisitor liberorum letho, & tabificabili.

Tabeo, es, Colliquefio, tabe consumor. { πῦνα namák. τίκημα. GAL. Devenir en chartre, devenir tout sec & étique. ITAL. Marcarsi, ammalar si, corrompersi, infractione. GER. Anfetteren / zerschmelzen von crancheit oder kummer/schroeten. HISP. Corromperse, podrirse. ANGL. To pyne nud vocare avoy. } Ovid. 7. Metam.

Lanigerus gregibus balatus dantibus agros,

Sponte sua lanaque cadunt, & corpora tabent.

Nonnunquam idem quod tabo, sive sanie diffuso. Virg. I. Æneid.

Et sale tabentes artus in littore ponunt.

Tabesco, cis, Tabe consumor, animi vel corporis morbo conficior. { πῦνα namák. θύειν, ἀποφύγειν, τίκημα. μαρτινουμ. GAL. Devenir tout sec & étique, devenir en chartre, tomber en langueur & inanition. ITAL. Diventire secco. GER. Verschroeten/vor kummer vnd schmerzen zu wasser verden. HISP. Corromperse, podrirse, hazer tisco. ANGL. To pyne nud vocare avoy, to become leane. } Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. Tuo mōrōre maceror, marcesco, consenesco, & tabesco miser. Terent. Adelph. Nam & illi animum jam elevabis, quæ dolore ac miseria tabescit. Cic. Attic. lib. 2. Ego autem usque eo sum enervatus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malim irregorū, quam optima spe dimicare. Ovid. Eleg. I. lib. 5. Trist.

Nolumus affiduis animum tabescere curie.

Salust. in Jugurh. 6; sic legend. nolite pati regnum Numidiae, quod vestrum est, & sanguinem familiæ nostræ per seculos tabescere. ¶ Tabescere sal dicitur, quum in humorem diffunditur. Cato de re rust. Id aliquoties faciendum in die, donec sal desinat tabescere. Sic & Cels. lib. 6. cap. 15. Composita sunt Contabesco, distabesco, extabesco, & intabesco: quæ omnia sunt ferè ejusdem significationis: ut est videre suis locis.

Tabefacio, corrumpo, collico quasi tabe conficio. { πῦνη hemék. μαρτινωμ. } Hinc contabefacio, & extabefacio, composita: de quibus supra suis locis.

Tabis, τάβις Stephano, mons Scythæ, mari incumbens, non procul à Serum regione. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

Tabliæ, tabulæ, in vestibus rotundi clavi. Salmas.

Tablinum, quasi tabulinum, locus in quo tabulae & instrumenta publica, monumenta, rerum gestarum conservantur, tabularium. { ξ ρεγματοθήλαιον, γραπτοθήλαιον. GAL. Le lieu où on garde les lettres & registres, thresor des chartres, Archives. ITAL. Luogo da conservare lettere & registri. GER. Ein secretcanzley/ein ort da man brieff, gode vnd andere gemeine schriften hinbehaltet. HISP. Lugar donde se guardan las letras publicas. ANG. A cheste or place wherin evidentes or registres ar kept. } Plinius lib. 35. cap. 2. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestatum. Apuleius lib. ult. Florid. Medi ci quum intravetint ad regnum, uti visant, nemo eorum quod per pulca tablina in ædibus visant & lacunaria auto obliterat, &c. ¶ Dicitur autem tablinum, non tabulinum, quemadmodum & figlinum, non figulinum. Differtque à pinacotheca, quod in ea tabulae pictæ, aliisque id genus ornamenta, in tablino rerum in magistratu gestatum monumenta continebantur.

Tabor: μόνος, mons in medio Galilææ, rotundus ac sublimis.

Tabræcæ, τάβραξ, oppidum est Africæ minoris, ut Pomponio placet. Nam à Plinio Numidiae adscribitur. Silius Sabatram nominat, lib. 3.

Sabatra tum Tyrium vulgus, &c.

Alij Tabratam: quod minimè mirum est. Barbara enim vocabula & inepta sunt, nec semper eodem sono utraque lingua efferti consueverunt, ut Hermolaus scribit.

Tābūlā, ξ, Asler in usum aliquem concinnatus: cuiusmodi sunt in quibus aut pingimus aliquid, aut scribimus. { πάτηλον λέαχ Σερφέσχ. μίναξ. GAL. Table, ou tablette, tablezu, aix scié, planche. ITAL. Tavola. GER. Ein tafel. HISP. Tabla. ANG. A table à planke or borde. } Plaut. in Menach. sc. 2. a. 1. Dic mihi, nunquid vidisti tabulam pictam in Pariete, Vbi aquila catamitum raperet? Velleius, Tabula ærea fixa post templi id testatur. Horat. I. Epist. 2.

Qui cupit, aut metuit, iurat illum sic domus, aut res

Ut lippum picta tabula, fomenta podagram.

Cicer. pro Rosc. Amer. Quid præterea celati argenti? quid stragulæ vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse? ¶ Tabulae item dicebantur codicilli ex ligno, cera obducti, in quibus olim testamento, acta que publica scribebantur: unde etiam hodie quamvis mutata re, tabulas accipimus pro testamento, aliisque publicis scripturis ex quavis materia confessis. οὐδεῖν, καρποῦ. Cicer. pro Calio, Cælius tabulas nullas confecit. Quintilian. lib. 5. cap. 7. Testimonia dicuntur aut per tabulas, aut à presentibus. Gell. cap. 9. cap. 6. de scriba publico, sive Actuario: Posuit tabulas, Quintilian. Tabulam falsam inferte testamento. Idem Quintilian. Tabulae coargiuntur, lino rupto, turbata cera, signis sine agnitione. Sueton. in Neron. cap. 17. Tabulae petitus

at ter lino per foramina trajecto obsignatae adversus falsarios. Plaut. Asin. sc. 1. a. 4. Ne epistola quidem ulla, nec cerata adeò tabula. Idem Curc. sc. 3. a. 2. Qui anulo meo tabulas obsignatas ad te attulisset: post, tabellas vocat. Item Senec. pendet nefarie profictionis tabula. ¶ Tabulae navis, pavimenti. GAL. Des nissou planches. Ovid. Eleg. 2. lib. 1. Trist. — Tabula (navis sup.) pulsantur ab undis. Idem Eleg. 5. lib. 1. Trist.

Naufragij tabulas qui periisse mei.

Idem 3. Fast.

— Tabulae coloribus uris. (periphrasis pictoris.)

¶ Et tabula dicebatur in qua mittebant tessetas, quæ lusoria, & quæ doque lattuncularia, & pyrgus, sive alveis, alveolus dicebatur. Seneca cap. 14. de tranquill. Calculi & tabula. (de ludo lattuncularum.)

¶ Tabula item liber est, quem sibi quisque nostrum privatim facere consuevit, quasi quoddam memorie promptuarium eorum, quæ agimus, id est, diarium & ephemoris actionum nostrarum. Liv. lib. 4. de censura loquens, Constitutum est candem domum unicuique nostrum debere existimari, ubi quis sedes & tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. Bud. ¶ Tabulae accepti & expensi, in quas rationes acceptæ & expensæ pecuniæ referebantur. Cicer. 3. Verr. Habeo & istius & patris ejus accepti tabulas omnes, quas diligentissime legi, & digessi. Idem pro Rosc. Comed. Si tabulas C. Fannius accepti & expensi profert suas. Tuis tabulis causam dicas, hoc est, privatis tuis & domesticis rationibus. Idem in Verrem, An tuis solis tabulis causam te dictum existimasti. Bud. ¶ Tabulae novæ dicuntur, cum tabulae accepti & expensi plane tolluntur, id quod edicto aliquando fieri solebat. Quod quum factum esset, secundum tabulas istas exigi non poterant. Ita siebat ut debitores neque sortem, neque usuras creditoribus suis solverent. De his Cic. 2. Offic. Tabulae novæ quid aliud habent argumenti, nisi ut emas pecunia mea fundum, & cum tu habeas, ego pecuniam non habeam?

Seneca. epist. 82. Tabulas novas solvere. Tabulae autem novæ quæ sint, docet Plutarchus in Antonio. ¶ Tabula pro auctione. Cicer. pro Cæcina, Adebat ad tabulam licet Ebutius, &c. Idem Terentia, Quemadmodum à Vesta ad tabulam Valentiam deducta esset. ¶ Tabulae item dicuntur asseres ex quibus navis compingitur. Idem 2. Offic. Si tabulam de naufragio stultus atripuerit. ¶ Tabulae judicium etiam dicuntur, de quibus Aeson. in divinis. In causis (inquit) majoribus judices universi in cistam tabulas simul conjiciebant, suas insculptas literas habentes absolutionis, sive condemnationis, cum de alicujus capite agebatur. N. & L. ampliationis, his etiam literis significabant non liquere.

Täbellä, diminutivum. { πινάκιον, πινακίδιον, πινάξ. GAL. Tablette, petit aix ou planche. ITAL. Tavolella, tavolietta. GER. Ein tafel. HISP. Tablilla. ANGL. A little table, planke or borde. } Cicer. 2. de nat. deor.

Nōnne animadvertis ex tot tabellis pictis, quā multi votis vim tempestatis effugerint? Quo in loco intelligit exiguam tabulam votivam, in qua periculo liberati casum suum solebant depingere, & alicui deorum suspendere. Ovid. 3. Fast. Et posita est merita multa tabella Dea. (Lucina.) Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Si qua concubitus varios Venerisque figuræ

Exprimit, est aliquo parva tabella loco.

¶ Tabulae item dicebantur in quibus populus suffragium, aut ludi ces sententiam prescribabant. Cicer. 3. de legib. Non fuit latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. Idem in Pisonem. Me universa civitas non prius tabella quā voce priorem consulē declaravit. Idem pro Flacco, Quum tabella vobis dabatur, judices, non de Flacco dabatur solum, dabatur de bonis omnibus. Sueton. in Claud. cap. 27. Ex tabella pronuntiate. Idem in August. cap. 27. Tabellas duplices veste testas tenet Prætor, pro tribunali sedens, & cap. 33. ibidem, trium tabellarum mentio est quarum damnatoria una, altera absolvatoria appellatur; tertia qua ignoscatur iis, qui per fraudem vel errorem ad signandum testamenta inducti fuissent. Hinc Plaut. scep̄, signare, consignare tabellas dicit, pro conscribere: ut in Curcul. sc. 3. aet. 2. & Milit. sc. 1. a. 2. & sc. 1. a. 1. ¶ De tabella lusoria, Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Parva sedet ternu in structa tabella lapillis,

Ex qua viciisse est continuasse nos.

¶ Accipitur item tabella pro literis, seu codicillis: quæ appellatio inde manit, quod olim scribi solebat in tabulis buxis ceratis. { ιδοφέρ. } Cic. in Catil. Introdusus Statilius, cognovit manum & signum suum: recitatæ sunt tabellae. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Tace dum tabellas perlego, &c. Ibid. Gestas tabellas tecum; Eas lacrymis lavis. ¶ Tabellis obsignatis cum aliquo agere, est suo illum scripto convincere. Cic. 5. Tusc. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris quid aliquando dixerim, aut scripserim.

Täbellariūs, ij, qui tabellas, id est, literas proficit. { ηλληνομάλαχ. καρποποδές. } GAL. Porteur de lettres, messager, courrier. ITAL. Cavallaro, porta lettere, corriero. GER. Ein briefträger/bott. HISP. Correio que lleva las letras à tabillas. ANG. A bearer of letters a messenger. } Cicero. ad Brut. Statim extrusi tabellarios, literasque ad Ciceronem, ut etiam in Italianum venisset, ad te rediret. Idem ad Terentiam, lib. 14. Nos quotidian tabellarios nostros expectamus. ¶ Accipitur item tabellarium pro eo qui rationes conficit, & data accepta que in tabulas refert. λογιστ. Sidonius ad Ferreum. Sed & ille suscipiebat hunc granditer, habens eum consilium in judiciis, vicarium in Ecclesiis, procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, tabellarium in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem.

Täbellariūs, a,um, adjективum, quod pertinet ad tabellam. { πινακίς. GAL. Appartenant à tablettes. ITAL. Pertinente à tavollette. GER. Das zu briessen oder botten gehört. HISP. Perteneiente à tabillas. ANG. Belonging to tables. } ut, Lex tabellaria, quæ lata fuit à L. Cassio, ut suffragia tabellis, non voce perferrentur. Cicer. 3. de legib. Quis autem non sentie omnem autoritatem optimatum tabella-

riam legem abstulisse? ¶ Tabellariæ dictæ sunt naves Alexandrinæ quæ primitebantur in portum ad nuntiadum adventum proximæ classis. Seneca Epist. 78.

Tabellio, qui scribit tabellas, & in specie publicas; eadémque custodit. Tablissare, tabulis ludere. Salmas. Casaub. Alciat.

Tablistes, tablista, tabulista. G. g. b.

Tábularia, Species tormenti. Senec. 3. de Ira. Torserat per omnia quæ in eternum natura tristissima sunt, fidiculis, tabularibus, equulco, igne, vultu suo.

Tábularis, c. ξ τάβυλος. GAL. Dequoy on fait tablettes, ou aix, ou lame large & longue. ITAL. Del quale si può far tavolette, & lame largo & longo. GERM. Aus dem man tafelin macht. HISP. Cosa de que se haze tablilla y retablo, larga y luenga. ANGL. Any thing to mak tables, plankes, or boudes of. ¶ ut, Temperatura æris, quæ accommodatissima erat conficiendis æreis tabulis quibus incidebantur, quorum memoriam posteritati traditam volebant. Plin. lib. 34. c. 9. Æs omne frigore magno melius fundi, sequensque temperatura statuaria est, eadémque tabularis, hoc modo massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei, &c.

Tábularium, Servio authore, locus est, in quo tabulæ, hoc est, instru-

menta & literæ, & acta publica reponuntur. ξ χαμητεφυλάκιον.

GAL. Lieu propre à garder lettres & registres, thresor des chartres, Archives. ITAL. Luogo da conservare lettere & libri. GERM. Ein sesschrankley/ein ort dahin man brieff/rodel vnd andere gemeine schriften ein hinlegt. HISP. Lugar donde se guardan los libros. ANGL. A chest or place where registers and evidentes are kept. ¶ Cicero. pro Arch. poëta, Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello incenso tabulario, interiisse scimus omnes.

Tábularius, ij, qui fide publica ea quæ gesta sunt in tabulas refert, & instrumenta publica conficit. ξ χαμητεφυλάκιον, λογοτήν. GAL. Notaire, ou tabellion. ITAL. Notario. GER. Ein offner scriber oder notary. HISP. El escrivano o notario publico. ANGL. Ascrivener, a book writer. ¶ Tacit. lib. 14. Igitur Fabianus tabularius, quos modò memoravi, & aliis minus illustribus obsignant. Hi etiam Tabelliones dicti sunt. l. 6. D. de pænis, & l. 49. C. de Episcopis, & clericis. ¶ Tabularius præterea pro Calculatore, Ratiocinator Ciceroni, qui computat. Φιλίππος. Ulpianus D. lib. 1. tit. 6. l. ult. Ego enim adversus tabularium puto actiones dandas qui in computatione fecellit.

Tábulo, as, Tabulis aliquid construo. ξ תְּרַכָּה kerah. τανδόν. GAL. Planche d'aix, boisfer, lambrisser. ITAL. Intavolare. GERM. Täfelung mit dilen oder bretern verschliessen. HISP. Entablar pared o suelo. ANGL. To planck any thing with plankes. ¶ Hinc contabulo, de quo suo loco.

Tábulario, nis, Tabularum compositio, structio. ξ תְּרַכָּה mekaréh. τανδόν. GAL. Entablement, lambris, boisage. ITAL. Intavolamento. GER. Verfädelung. HISP. Etabladura, Entablamiento. ANGL. A planking or flooring with boudes. ¶ Cæl. 2. bell. civil Centonisque insuper injecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium excuterent.

Tábularia, orum, dicuntur planæ in ædibus superficies, tabulis vel etiam lapidibus construata, vulgus Solaria vocat. ξ תְּרַכָּה mekaréh. τανδόν. GAL. Planchers, étages, plattes formes. ITAL. Solari, palchi. GER. Ein füßbâne/fußstafel/fußboden mit dilen übergeschlossen. HISP. Tablados, sobrados o corredores. ANGL. Floores boured in sellers or chambers, a loft. ¶ Cæl. 5. bell. Gall. In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit. ¶ Rursus tabulata dicuntur, rami extenti in arboribus in plana tendentes, non in altiora crescentes. Colum. lib. 6. Quum deinde adolescere incipient ulmi, falce formandæ sunt, & tabulata instituenda. Hoc enim nomine usurpant agricolæ ramos, truncosque prominentes: eos vel proprius ferro compescunt, vel longius promittunt ut vites laxius diffundantur.

Tabulatus, ex tabulis factus. Vitr.

Tabum, liquor putridus: item quicquid ex putrescentibus defluit. Dicitur à tabe, quæ idem.

Táburnus, mons Campaniæ olivetis abundans. Virg. 2. Georg.

juvat Ismara Baccho

Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.

Tacape, es, ui, itum, Sileo, nihil loquitur, conticeo tacitus sum. ξ ρητος schaták, תְּשַׁחַת chaschát שְׁחַת charásch δῆμος damāh. σύρων, σιωνίων. GAL. Se taire, ne dire mot. ITAL. Tacere, star cheto. GER. Schreigen. HISP. Callar y no hablar. ANGL. To hold ones peace, to keep silence. ¶ Plaut. Menach. sc. ult. a. 5. Si interpellas, ego tacebo: potius taceo. Ibid. sc. 2. a. 2. Tace patumper. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Tace dum tabellas perlego. (ubi secunda ἡ Tace, corrigitur.) Idem Milt. sc. 2. a. 2. Tacere nostrorum (pro nostrum) solus scio. (id est, at canum continere.) Idem Cœl. sc. 1. a. 5. Ego illum tibi dedam. Tace. (id est, bono animo es.) Idem Afin. sc. 2. a. 5. Non taces? id est, obtume? cis pudore? Verba enim sunt objurgantis, ut in Cœl. sc. 1. a. 1. & sc. 3. a. 5. ibid. Idem Afin. sc. 2. a. 2. Animus adverte. L. Taceo. (id est, attendo.) Idem Cœl. sc. 2. a. 4. Tacuisse mavellem. (quia irritavi crabrones.) Ovid. 15. Metam.

Utique alios taceam, &c.

Livius lib. 7. dec. 4. Tacuit Messala. (id est, petitionem abruptit, aut quid simile. GAL. Il se déporta, ou desista de sa demande.) Terentius in Eunuch. Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraso? Tacent, satis laudant. Tacere aliquid, est reticere. Idem

Eunuch. Quæ vera audivi, taceo, & contineo optimè. ¶ Quandoque etiam dicitur de iis quæ sine voce sunt. Sic agrum & mare tacere dicimus, in quo nullus auditur strepitus. Virg. 3. Eclog.

Quum tacet omnis ager.

Plaut. in Cœl. sc. 1. a. 1. Ostium tacet; & taciturnissimum est. ¶ Quoniam vero quum aliquid laude dignum est, laudamus: & è contraria malefacta non laudamus, factum est, ut tacenda, non laudanda; & non tacenda, laudanda dicantur. Ovid. 2. de Arte,

Eximia est virtus, præstare silentia rebus:

Et contraria gravis est culpa tacenda loqui.

¶ Quandoque significat securum esse, quoniam qui securi sunt, nullam querendam causam habent. ἀργίους ἵχεν. Terentius in Adelph. Tace, egomet conveniam Pamphilum. Sed inter Tacet, & Sileo, quid intersit queri potest? non enim verisimile est utrumque eandem notationem & originem, aut denique significationem habere, quum litteris & formâ adeo differant. Cornel. igitur Fronto de different. voc. ita distinguit, Silet cuius loquentis sermo comprimitur, ab ipsa significatione litera S. Tacet vero qui nec loqui quidem cepit. Tacet nox, id est, silet. Catullus ad Lesbiam: 7.

Aus quām sydera multa, cum tacet nox.

Ovid. 9. Metam.

— Tacite.... noctis imago.

Tibull. lib. 1. el. 9.

Devovit tacito tempore noctis annus.

Virg.

— aut intempesta silet nox.

Tacens, entis, Particip. præs. tem. σιωνίων. Plaut. in Rud. Quia enim neque loquens, neque tacens usquam bonus.

Tacitum est, impersonale. Tacent. in Adelph. Ignotum est, tacitum est, creditum est.

Tacitus, Is, qui tacet. ξ οὐτις δαμάμ δαμάμ, vel dumām, σιωνίων, ιχεύθη. GAL. Qui se tait. ITAL. Chi tace. GER. Stillschweigend der da schweigt. HISP. El que calla. ANGL. That keeps silence, aus speakest nor. ¶ Cicero. in Caton. Quid expectas autoritatem loquentum, quorum voluntatem tacitorum perspicis. ¶ Aliquando passivè pro eo quod tacetur. ξ σιωνίων θη. GAL. Secret, caché. ITAL. Secreto, nascondo. GER. Verschwiegen, dess man geschweig. HISP. Secreto, escondido. ¶ Virgil. 6. Æneid.

Quis te migne Cato tacitum, aut te Cesse relinquit?

Sic, Tacitum aliquem præterire dixit Quintilianus, & Ovid. Eleg. 1. lib. 5. Trist.

Et tacitus casus dissimulare tuos. (poteras sup.)

Idem Eleg. 1. lib. 1.

Et tacitus secum, ne quis malus audias, opiet.

Idem Eleg. ult. lib. 4.

Interea tacito passu labentibus annis.

Ibid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.

— tacito pede lapsa, vetustas.

¶ Tacitum funus, vide Funus. Tacita advocatione, vide Advocatio.

¶ Tacitum mel, quod per se fluit, & est optimum. σιωνίων. Tacitum os alicui præbere, est nihil prouersus respondere. Cic. 1. Verrini. Qui testes priore actione interrogati nolueris, & iis tacitum os præbere malueris. Tacitum pro artano, quod taceri volumus. Senec. epist. 84. Falsum ergo est hoc quod patrocinij loco ponitur, ei qui soleat ebrios fieri, non dari tacitum. Plaut. Afin. sc. 2. a. 4. Suspensis potius me, quam tacita hæc auferas? Sic & Cic. loquutus est ad Attic. Liv. initio lib. 7. ab urb. Tacitum quid pati.

Tacitè, adverbium, Secretè, claram, obscure. ξ σιζα, σιωνίων. GAL. Sans dire mot, secretement, tout bas. ITAL. Senza parlare, copertamente.

GER. Stillschweigenlich. HISP. Sin hablar, secreta y escondidamente.

ANG. Quietlie, secretlie. ¶ Plaut. Afin. sc. 3. a. 3. Tacite auscultemus. Cicero pro Quintio. Huic me perire quidem tacitè obscurèque permittitur. Idem pro Pompeio. Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant. Plaut. Pœn. Matronæ tacitè spectent, tacitè rideant. Habere aliquid tacitè. Liv. lib. 2. d. 5. Et quanquam dissimulare, tacitè habere id, patique statuerat.

Taciturnio, silentium appeto. Sidon.

Taciturnus, a. um, qui paucorum est verborum, & minimè garrulus. ξ σιωνίων, σιωνίων. GAL. Taciturne, qui ne dit mot, ou bien peu. ITAL.

Tacito, taciturno. GERM. Still der wenig wort treibt, der mitt vil flappert, verschwigen. HISP. El que mucho calla. ANGL. That fayeth nater god nor bad. ¶ Ovid. 2. de Arte.

Qui sermone placet, taciturna silentia vitet.

Qui canit arte, canat: qui bibit arte, bibat.

¶ Dicitur etiam de iis, quæ voce carent, & muta sunt: ut Ripa taciturna, id est, quiesca, in qua nullus auditur strepitus. Horat. Carm. Ode 20.

— carēque

Ripa vagis taciturna ventis.

Et Plaut. Cœl. sc. 1. a. 1. Bellissimum & taciturnissimum ostium.

Taciturnulus, diminutivum. Apuleius, Blanda mulier & taciturnula.

¶ Taciturnissimum ostium apud Plautum in Cœl. Valcætne ostium. PH. Bellissimum hercle vidi & taciturnissimum.

Taciturnitas, Silentium. ξ σιζα domi τάση demamah. ιχεύθη. GAL.

Taciturnité, ne parler point, ne dire mot, silence. ITAL. Esso parlar poco.

GER. Stille mit reden, verschwiegenheit. HISP. A quel habito de mucho callar. ANGL. A keeping of silence. ¶ Cic. de Invent. Taciturnitas imitatur confessionem. Terent. in And. Sed his, quas semper intellexi in te sitas, fide, & taciturnitate. Cic. Attic. lib. 7. Suspicionem mihi majorem tua taciturnitas attulerat. Horat. 4. Carm. Ode 8.

— quid foret illa.

Maiorisque puer, si taciturnitas

Obstat meritis invida Romuli?

Tacita, nomen Musæ, quam colui voluit Numa. Plutarchus in vita Numa.

Taciturnus Cornel. Sub Adriano principe orator clarissimus, qualis ac

familiaris Plinij junioris, Belgicæ Galliæ orationes procuravit: ad

Vespasianos

Vespasianos usque pervenit, ab iisque honoribus evectus, historiam principum conscripsit ab Augusto usque ad Adrianum, quae ad nos haud integra pervenit. Hanc igitur non vitas Imperatorum ausus inscribere, sed tantum diurnales actiones, GAL. Gazzette, quae medium inter historiam & vitas tenerent. Scripsit & de claris Oratoribus, Ciceronis Brutum & materiam & dicendi copiam imitatus. Præterea vitam Agricolæ socii sui, & de moribus ac situ Germania, stylo tum presso & eleganti, tum arguto & sententious: in exteta vero historia aliquantulo sublimior. Scribit Flavius Vopiscus, hunc autorem tanquam e suis progenitoribus, Tacitum Imperatorem quotannis decies describi, ne liber perire, cumque in omnibus bibliothecis adponi jussisse. Tertullianus autem noster cum mendaciorum loquentissimum appellat, propterea quod iniquissimum sese in scriptis suis, falsissimumque de Christiana religione judicem præbuerit.

Tacola, emporium amplissimum India extra Gangem, in aurea Chersoneso, cuius meminit Ptolemaeus lib. 7. cap. 2. Hodie Malaca dici creditur. à Lusitanis nostra ritate vi subacta: quod testatur epistola Emanuelis Regis ad Leonem decimum.

TACTICUS, a. um, *met. lux*, à or., q. d. ordinativus, à m. a. ordino. Tacticū, *met. lux*, à Vegetio appellantur, quibus cura incumbit instruendae aieci. Nam τάξις, instruere est, & ordinare.

Tāctus, vide Tango.

Tādā, vide Teda.

TĀDĒO, Tādet, tāduit, vel tāsum est. verbum impersonale. Tādium, hoc est, satietatem & fastidium capio. { γένης γαστρί γαστρά δόνομα. αὐθεντικός, βασικός. GAL. Estre ennué de fascherie, ITAL. Rin crescere, fastidire. GERM. Verdruss haben. HISP. Haver hastio ò enojo. ANGL. To weariness, to irketh. } Terent. in Eunuch. Et tādet, & amore ardeo. Tādeo verbum personale in usu non est: quamvis compositum ejus pertādeo legatur apud Gellium lib. 1. cap. 2. Has ille inanes quo flaret glorias, jámque omnes finem cuperent, verbisque ejus fatigati pertāvissent. Tādet autem impersonale verbum habet ferè post se accusativum cum genitivo. Cicer. 2. Verr. Sunt homines, quos infamia sua neque pudeat, neque tādeat. Nonnunquam accusativum sine genitivo. Idem Attic. lib. 2. Tādet ipsum, vehementerque penitet. Nonnunquam cum solo genitivo, accusativo tamen tacitè subaudito. Terent. in Eunuch. Tādet harum quotidianarum formarum. Cicer. ad Attic. lib. 2. Propterea viri tādet, ita sunt omnia omnium misericordiarum plenissima. Nonnunquam cum infinitivo. Tentius in Phorm. At enim tādet audire eandem millies.

Tādium, ij, Fastidium, satietas. { γένης γαστρί γαστρά δόνομα, κόρη, GAL. Ennué & fascherie. ITAL. Tedio, fastidio. GER. Ein verdruss. HISP. Hastio, enojo. ANGL. weariness, heaviness of mynd. } Quint. lib. 2. Et ipsius lectionis tādium vicibus levatur. Iuven. Satyr. 7.

Tādia tunc subeunt animos.

Ovid. 3. Metam.

— nec tādia coepi

Ulla mei capiam, dum spiritus iste manebit:

Idem 13. Metam.

— ut longi tādia bellī

Mente ferant placida.

Idem Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Nec me sollicita tādia lucis habent.

Suet. in Tib. cap. 10. An tādio uxoris, an assiduitatis fastidio. Quintil. Tādium devorare.

Tādūlūs, a. um, Fastidiosus, qui omnibus tādio est. { πεπονικός. GAL. Fascheux, ennué aux, incommode. ITAL. Fastidioso. GER. Ein verdrässiger, mühsäglicher, überlägner. HISP. El que toma fastidio ò enojo, hastioso. ANGL. Somewhat wearisome. } Festus.

Tānārūs, & in plurali numero Tānātā, τάνατος. Vulgo Cabo Metapan. Promontorium est Laconia regionis, circa medium Meridionalis lateris Peloponnesi, quam longissime in mare procurrent, oppidum habens ejusdem nominis. Tānātā, (inquit Suidas) ἀντράς λακωνίας, εν ἡώ σόμον λογίας εἰς αὐδόν, εἴθεντος Ποσειδῶνος εἰς αὐτοφαλήν, οὗτος δὲ τὸς Εἰλαῖος ιερός καθιστόντος εν τῷ εἰρηνῇ τῷ Ποσειδῶντος δασταύρῳ ἐνεῖλος εἰς Λακωνίαν, id est, Tānātā promontorium Laconia, in quo fauces erant ad inferos deducentes, ubi & Neptuni præsidis templum: illuc supplicantes in facello Neptuni Helotes nihil veriti Lacedæmonij interfecerunt. Circa Tānātā antrum ostendebatur, per quod Herculem ab inferis rediisse Poëtae fabulati sunt, Cerberumque vincitum ad superos traxisse. Vulgoque creditum est eas inferorum esse fauces. Virg. 4. Georg.

Tanarias etiam fauces, alta offia Ditis.

Ibidem marinor Laconicum effodiebatur, coloris viridis, quod & à loco Tānātā cognominatur. Propertius lib. 2.

Quod non Tanariis domus est mihi fula columnis.

Hinc Patronymicum fœm. Tānaris. Ovid. Epist. 1. 6.

Scilicet idcirco ventosa per aquora vettum,

Excepit portu Tānaris ora suo.

Post ubi iam thalamis se composueré, siletur

In noctem.

¶ Hinc Epithalamium, carmen nuptiale.

Thalassicus color, id est, Marinus. { *θαλασσικός χρῶμα*. GAL. De couleur de mer, comme bleu ou pers. ITAL. Di colore di mare. GERM. Meerfarb oder wasserfarb. HISP. De color del mar. ANG. Sea coloured. } Qui similis est fluctibus marinis. Græci enim θαλασσας mare dicunt. Plaut. Nescis quis tecum incedit ornatu quidem thalassico. Idem Milit. Palliolum ferrugineum: nam is color thalassicus.

Thalassinus, a, um, e'usdem significationis. Lucret. lib. 4.

— teriturque thalassina vestis.

hoc est, carulei coloris, & marini.

Thalassio, vide Thalasio.

Thalassomeli, θαλασσομέλη. Medicamentum quod sit æquis portionibus, maris, mellis imbris, fustilique vase depicato conditur. Plin. lib. 13. cap. 6. In veteratur quod vocatur thalassomeli æquis portionibus maris, mellis, imbris, &c. Accuratiorem hujus medicamenti confessionem vide apud Dioscoridem lib. 5. cap. 17. Meminit Samonicus cap. de ventre molliendo.

Thalassométræ, θαλασσομέτρη: maris mensuræ.

Thalea Rom. mulier. Plutarch. in Num. & Lyc. comparat.

Thalerus, qui & Dalerus. Hæc scriptura est Saxonica, illa Misnica. Latinè diceretur uncia argenti.

Thales θαλης, & Thalis, θαλης, η θαλης, unus ex septem Græciae Sapienibus, qui eodem tempore in Græcia floruerunt. Natus est (ut ex Apollodori sententia tradit Laërtius) anno primi xxxv. Olympiadis. Vixit annos (ut Socrates tradit) nonaginta: ut alij, septuaginta. Hic primus in Græciam Geometriam creditur invexit,

primusque observasse temporum ambitus, ventorum fatus, stellarum motus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, & Solis annua reverticula. Interrogatus quid in rerum natura difficultissimum existimaret? Se ipsum, inquit, nosse. Iterumque rogatus quum sciscitaretur, quomodo optimè & justissimè vivere liceret? Si (inquit) quæ in aliis reprehendimus, ipsi non faciamus. Huic tripus aurea à pescatoribus Milesiis reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollinis, indicantis eam sapientissimo dari oportere, delata est. Deinde per manus omnibus sapientibus tradita, ad Solonem pervenit, qui illam Delphos remisit ad Phœbum, ut qui deum hominumque sapientissimus esset. A Thalete Ionica fluxit disciplina, sicut à Pythagora Italica. Ejus discipulus fuit Anaximander, cuius auditor Anaximenes & Hecateus historicus. Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. Pol Thalem talento non emam Milesium, Nam ad hujus sapientiam nimius nugator fuit. Hic, Ad comparisonem significat. ¶ Thales item fuit Poëta Lyricus Cretensis, quem à Crete Solon Spartam misit, ut ejus odis ac poësi Spartanis deliniti, animorum feritatem nimium ex Licurgi legibus imbutam, castigarent. Author Plutarch. in Solone.

Thalēstris, Curtio, θαληστρις vel (ut apud Strabonem legitur) Thalētria. Regina Amazonum, quam alij Minitheam vocant. Hæc audita fama rerum ab Alexandro gestarum, relicto regno, trecentis comitata mulieribus, in Hyrcania illi occurrit, ut sobolem ex eo conciperet: utque primum sibi visa est facta esse gravida, reversa est in regnum.

Thaliā, θαλησ. Una ex novem Musis. δην τῆ θάλη, quod inter cætera significat Virere seu florere: propterea quod Poëtarum fama nullo tempore marcescat. Virg. 6. Eclog.

Nostra nec erubuit sylvas habitare Thalia.

Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Notaque non tardè facta Thalia mea est.

Thalictrum, θαλικτρον, Dioscoridi, herba folia coriandri habens, plenaria paulo, caule papaveris. Plin. lib. 27. cap. 13.

Thallī, θαλλοι, in porrīs & cæpis, & allio, medij stiptis dicuntur: à θαλλη, id est, virescere. Colum. lib. 11. cap. 3. Thalli cæparum ventis prosteruentur, totumque semen excutientur. ¶ Thalli item dicuntur rami lauri, vel olivæ, semper virentes.

Thalliphōri, θαλλοφόροι, dicti qui Athenis in Panathenæis oleo ramis gestabant. Erant iij ut plurimum senes. Vnde per jocum thallophori dicuntur, qui ad munera obeunda sunt inutiles.

Thalysia, θαλυσια, festa erant apud Athenienses, quibus fructibus omnibus in horrea convectis, diis primicias consecrabant: dicta δην τῆ θάλη, propterea quod idcirco præcipue fierent, ut quæ succisa erant, possent revirescere. Vide Calium Rhodig. lib. 12. cap. 17.

Thamanaē, θαμαναι, populi sunt Persis tributarij. Herodot. lib. 3.

Thamyras, sive Thamyras, θαμυρας, ή θαμυρας Suidæ, Poëta nomen ex Thracia, qui quum omnibus pulchritudine præcelleret, ab initio mares dilexit: deinde mutata consuetudine, Musas amavit, cum quibus de cantu certavit hisce conditionibus, ut si vinceret, earum complexu potiretur: si succumberet, ab illis pateretur quicquid eis videatur. Itaque superatus, & oculis, & lyra privatus est. Hinc manavit proverbium in eos; qui præter ingenium proprium aliquid agunt, Thamyras insanit, θαμυρας μανιατης. Hæc Erasmus in proverbiis, & Suidas. Ovid. lib. 3. de Arte.

Tu licet & Thamyras superes, atque Orpheus cantu,

Non erit ignota grata magna lyra, &c.

Thanasium, sive Thanæos, V.E. Aegypti, sub A. Damiatæ.

Thänatōs, θανατος. Insula in Oceano Gallico, Britannia (ut Solinus reicit) proxima, frumentariis campis in primis felix: venenis autem adeò adversa, ut non modò serpentem nullum educet, verum etiam aliunde importatum statim enecet: unde & à serpentum morte nomen creditur accepisse.

Thapsacus, θαψακος, urbs Syriæ amplissima, ad Euphratēm fluvium: cuius meminit Xenophon de Cyri expeditione, lib. 1.

Thapsus, θαψος, insula decem stadiis à Sicilia distans, versus Syracusas, plana & quām minimū ē mari eminens, adeò ut undis mersa videatur. Vnde & Thapsus dicta est, δην τῆ θάλη, quod in mari quodammodo sepulta videatur. Virg. 3. Eneid.

— Thapsūmque jacentem.

Thapsia, θαψια, frutex est tota specie ferulæ similis, graciliore tamen caule, folio fœniculo simili, umbellas habens in singulis germinibus anetho similes, & in iis florem luteum: semen autem modicè latum, minus quām ferulæ: radix est prægrandis, intus candida, foris nigra, crassiore cortice vestita, & acris. Colligitur ex ea liquor ejusdem nominis, effossa circa eam terræ, vulneratōque cortice. Dicta Thapsia à Thapsio insula, in qua primum creditur inventa. Vide Plin. lib. 13. cap. 22. & Diosc. lib. 4.

Tharapamus, medela, curatio. Gl. g. b.

Thassus, θασος, Insula est maris Aegæi, Thraciæ adjacens, contra Nessi fluminis ostia: oppidum habens ejusdem nominis, à Phœnicibus, qui Europam terrâ marique investigantes, eò pervenerunt, conditum: ut est author Herod. lib. 1. Hujus incolæ Thasij, θασοι dicuntur, generolis vitibus, & insigni marmoris genere nobilitati. Virg. 1. Georg.

Sunt Thasij vites, sunt & Maretidæ alba.

Thasij matmoris meminit Plin. cùm aliis plerisque in locis, tum lib. 36. cap. 6. Thasij nux, adem quæ & Cæca & amygdala dicitur, teste Macrobius Saturn. lib. 6. Et Thasij nuces sunt optimæ, ut author est Gell. cap. 16. lib. 7.

Thaumacia, θαυματια, Magnesia oppidum, ita dictum à Thaumaco Pœantis patre: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 9. Stephanus Thaumaciā alteram collocat ad sinum Maleacum.

Thaumantias, θαυματια, Thaumantis, & Electra filia. Virg. 9. Eneid.

Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.

Eadem etiam Thaumantis dicitur: ut, Imbrifera Thaumantis, apud Stat. 3. Sylv.

Thea,

Theātēa, Nympha Oceani & Tethys filia. Autor Hesiod. in Theogonia. Theagenes, tres Athenis diversis temporibus Suidas fuisse recenset.

Vnum, qui de Homero scriptit. Alium qui θεάτης, id est, fumus, est cognominatus, quod multa promittens, nihil praestaret: pauper enim erat, ac dives videri volebat. Tertius fuit vir potens ac dives Athenis, qui liberalitate ac beneficentia publice ac privatim multa laude di gna gesit. Quartum addit Pausanias athletam, patriā Thasium, qui i c x l . coronas è certaminibus retulit. Addi potest & quintus, qui Mathematicus fuit, floruitque ætate Augusti, ut refert Suet. in Aug. cap. 94. In secessu Apollonix, (inquit) Theagenis Mathematici per gulam comite Agrippa ascenderat, (sup. Augustus,) &c. Ibi tamen recentior editio habet Theogenis.

Theamedes, θαιμέδης, lapis contraria magneti habens naturam. Nam ut ille ferrum occulta quadam naturæ vi ad se attrahit, ita theamedes respuit, repellitque. Plin. lib. 36. cap. 16.

Theāngēla, θεαγέλη, Cariæ oppidum, unum ex iis quæ ab Alexandro Magno Halicarnasso fuerunt attributa. Autor Plin. lib. 5. cap. 29.

Theānō, θεάνω, mulier fuit Cretensis, filia Pythonactis, & uxor Pythagoræ, quæ illi Telaugem filium peperit. Scriptis Commentarios quosdam Philosophicos, & Apophthegmata, & Poëma carmine heroico. Theano alia fuit Metapontina, aut (ut alij malunt) Thuria, Leophronis filia & uxor Brotini: cuius scripta enumerantur à Suida. ¶ Alia fuit Theano, Antenoris uxor, & sacerdos Palladis, cuius frequens est mentio apud Homerum.

Theanum, vide Teanum.

Theate, Civita di Chieti, V. A. regni Neapolitani per Clementem VII. an. 1526. dignitate Archiepiscopali aucta.

THEĀTRUM, θεάτρον. GAL. Theatre. ITAL. Teatro. GERM. Ein halb runder Scharohaus / spilhaus / schawplatz. HISP. Teatro, lugar hecho en forma de media luna para juegos. ANGL. A scaffold or stage where to behold plays. & ædificium in hemicycli speciem factum, ad videnda spectacula idoneum: δῶμα τῆς θεάτρου, hoc est, à spectando dictum. Virgil. 1. Æneid.

hic alta theatrī

Fundamenta locant alijs.

Ovid. 2. Amor. Eleg. 7.

Sive ego marmorei respexi summa theatri.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Ludi quoque semina prabent

Nequitia: tolli tota theatra jube.

Plaut. Pseud. sc. 6. a. 4. Quid narrat tibi? Nugas theatri: verba quæ in Comœdiis dici Lenoni solent. Plin. lib. 11. cap. 51. In theatrorum orchestris scope, aut arena superjecta devoratur vox. ¶ Aliquando ponitur pro spectaculo. Martial. lib. 1.

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro

Dicitur, exhibuit Casar Arenati.

Senec. Tu mihi theatrum solus es. Et Suet. in August. cap. 45. Per triana theatra virginis cædere. (id est, ter spectante populo, & ludorum tempore.) ¶ Aliquando pro multitudine spectante, ut, Magno theatro hæc acta sunt: id est, multis spectantibus. Cicer. 3. de Orator. Si in his paulum modo offendit, theatra tota reclamat. ¶ Versari in theatro per translationem, pro esse in aliquo loco conspicuo, in luce, in omnium oculis. Idem in Verr. aet. ult. Sic obtinui Quæsturam in provincia Sicilia, ut omnium oculos in me unum conjectos arbitrarer: ut me, Quæsturamque meam, quasi in aliquo orbis terræ theatro versari existimarem. ¶ Magno theatro spectata familiaritas, id est, permultis comperta. Cicer. ad Cornific. lib. 12. Non modò te, cui nostra omnia notissima sunt, sed neminem in populo Roman. arbitrari esse, cui sit ignota ea familiaritas quæ mihi cum L. Lamia est. Etenim magno theatro spectata est, tum quum est ab A. Gabinio relegatus, quod liberè & fortiter salutem meam defendisset.

Theātridūm, parvum theatrum. θεατρίδης. GAL. Petit theatre. ITAL. Picciol theatre. GERM. Ein schauehus. HISP. Pequeño teatro. ANG. A little scaffold or stage. } diminutivum forma Græca à theatro deducitum. Varro lib. 3. de re rustic. cap. 5. Inter has & exteriores gradatim substructum, ut theatridum avium: mutuli crebri in omnibus columnis impositi, sedilia avium.

Theātrallīs, e, Theatricus, seu quod ad theatrum pertinet. θεατρικός. GAL. De theatre. ITAL. Di theatro. GERM. Des schauehaus oder schauplatz. HISP. Cosa de teatro. ANGL. Belonging to a scaffold. } Unde dicimus theatralia spectacula. Cicer. pro Sextio, Theatrales gladiatoriisque confessus dicuntur omnino solere levitate nonnullorum erupitos plausus exiles & raro excitare. Tacit. lib. 1. Erat in castris Perennius quidam, dux olim theatralium operarum. Humanitatis indecora, & theatralis, Quint. lib. 2. cap. 2. Idem Quintil. alibi Theatrali lege excitari. ¶ Metu pœna theatralis non audebant quidam sedere. Sueton. in August. cap. 40.

Theātricūs, a. um. θεατρικός. GAL. De theatre. ITAL. Di theatro. GERM. Des schauehaus. HISP. Cosa de teatro. ANGL. Of a scaffold. } Quod ad theatrum pertinet: ut, Plausus theatrici, Spectacula theatra.

Theābæ, θεάβαι, qui sunt ex Thebis civitate Ægypti. THEĀBIDĒS, sive Thebaicæ, θεάβαι, Palmulæ sunt aridiores, quemadmodum & Atabiceæ, macro corpore, exiles, & vapore assiduo, crux verius quam cure obductæ, Iudaicæ (ut inquit Strabo) suaviores, etiam si duriores. Gignuntur in Thebaide Ægypti regio, Æthiopia contermina: unde & nomen accepertunt. Vide Plin. lib. 13. cap. 4.

Theābæls, idis, θεάβαι, Ægypti regio, Æthiopia contermina, à Thebis urbe potentissima, totiusque tractus illius capite nomen habens: vide Plin. lib. 5. c. 9. ¶ Est item Thebaicæ, insigne Papinij Statij opus, bellum illud continens, quod Argivi ad Thebas gesserunt, in quo Eteocles, & Polynices fratres mutuis vulneribus ceciderunt. ¶ Aliquando adjectivi vim habet quemadmodum & cætera ejusdem terminations patronymica: ut, Thebaicæ nupta, id est, Andromache Ectionis Thebarum Ciliciarum regis filia. Ovid. 3. de Arte,

quæ erat longissima, nunquam

Thebaicæ Helloreo nupta resedit equo;

Eadem Thebana uxor vocatur ab eodem, Eleg. 3. lib. 4. Trist. Thebæ, & Thebaicæ, & Thebaicæ, nomina sunt multarum urbium. Plaut. Amphit. prolog. in singulari dixit: Hæc urbs est Thebe: In illisce habitat ædibus Amphitruo, &c. Ovidius vero l. 13. Metam. usurpavit in plurali: Thebae cecidere, &c. Earum autem urbium una fuit in Ægypto, à Busiride rege condita, ambitu centum quadraginta stadiorum, ut refert Herodotus, centum portis aliisque publicis privatisque ædificiis insignis, totaque penitulis, adeo ut reges vel maximos exercitus solerent educere, nullo oppidanorum id sentiente. Hujus incolæ Thebae dicuntur: & vicina regio Thebaicæ, in Æthiopian vergens. ¶ Alia Thebe fuit in Bœotia à Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornavit, Bacchi & Herculis clarissima patria, ab Alexandro Magno postea eversa. Hæc & Draconigera dicitur, quia à Cadmo cum quinque viris, ex dentibus draconis ab ipso interfecti natis, constructa fuit. Varro tamen lib. 3. de re rustic. scribit, hanc urbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti sunt. Hanc Heptapylon vocat Apuleius, ab eo quod septem portas habebat, inclita duobus ducibus, Epaminonda & Peleopida. Eadem dicta fuit & Dirce, à Dirce fonte. Unde & à Statio Thebanus ager Dirceus vocatur. Hinc Pindarus Poëta, Lyricorum princeps habuit ortum. ¶ Fuerunt & Thebae in Africa, à Libero patre conditæ. Vnde Hieronymus in Commentario Epistola ad Galatas, Præterea Thebas Liberi, quas in Africa condidit: quæ civitas nunc Thebestis dicitur. Alia in Hæssalia, à qua Thebani & Thebae. ¶ Fuit & alia Thebe, Homero teste, in Cilicia, Andromaches uxor Hectoris patria. Vnde Ovidius,

Nec cruciæ minus, quam quum Thebana cruentum

Hectora Trojalicæ vidit ab axe trahi.

¶ Alia fuit in Lucania, ab Aoniis colonis cœdita, quam inteiisse auctor est Cato in Originibus. ¶ Fuerunt & Thebae Corsicæ. ¶ Est & Thebae nomen virginis, è cuius gremio gemina columba (ut est in fabulis) quum evolassent, altera ad Hammonis fontem tetendit, & ibidem responsa dedit: altera ad sylvam Dodonam, ubi futura mortalibus præcinctuit.

Thebanus, & plural. Thebani, sunt cives Thebarum urbis. Plaut. Amph. prologo, Cum Telebois bellum est Thebano populo.

Thebet, Januarius mensis. Voc. Ecc.

Thebæ, θεάβαι, nadhár nadhár nadhár nadhár nadhár nadhár. θεάβαι. GAL. Estuy de quelque chose que ce soit. ITAL. Vagina. GERM. Ein behaltsnäls/ truchtenladen. HISP. Lugar donde algo se guarda, estuche. ANG. A case, sheath or scabbard. } Vagina, locus in quo aliquid recondimus: ut, Theca calamaria, theca numaria, theca vasorum. Var. lib. 1. de re rustic. cap. 48. Proinde ut grani theca fit gluma, & apex aristæ. Martial. lib. 17.

Sortitus thecam calamia armare memento,

Catera nos dedimus, tu leviora para.

Idem epigram. 19. lib. 14. Theca calamaria. Et Suet. in Claud. c. 33. Theca calamaria aut graphiatæ. Et Quintilian. Theca oppidorum Cæsariorum, Ligneæ oppidorum simulachra, &c. Cicero. ad Attic. lib. 4. Quare in hoc thecam nummariam ne retraxeris: in aliis etiæ cautior. Idem 6. Verrina, Qui videret equum Troianum introductum, urbem captam esse diceret: efferti sine thecis vasa: extorqueri alia de manibus mulierum.

Theclæ θεάβαι, nomen proprium mulieris sanctissimæ.

Theclatura, signatio. Gl. vet.

Theodo, piscis quidam apud Ausonium:

Et nullo spinæ nocturnus acumine theodo.

Thelbencane, Babylonia urbs juxta Euphratis fluvij partem. Proclus lib. 5. cap. 20.

Thelesis, Argiva mulier, quæ patriam adversus Cleomenem Spartorum regem, unâ cum cæteris mulieribus, quum decesserit viri, tutata est.

Thelosapiens, affectans sapientiam. S. Aug.

Thelygonum, θελυγόνος, herba habens uvas floribus oleæ similes, sed aliquando pallidiores. Plin. lib. 27. cap. 8. ¶ Est & alia cratægonos, quæ thelygonos vocatur, differentia intelligitur lenitate gultus. Vide Arsenogonium.

Thelyphonum, θελυφόνος, herba ab aliis scorpion vocatur, propter similitudinem radicis, cuius tactu mortiuntur scorpiones. Plin. lib. 25. cap. 10.

Thelypteris, θελυπτερίς, filicis species. Plin. lib. 27. cap. 9. Alterum genus filicis thelipteris Græci vocant: alij nymphæ ampteris.

THEMĀ, atis, θεμα, Latinè Positum, seu positio dicitur. ¶ Sunt etiæ themata Mathematicorum apud Firmicum, affectiones natalitæ, & quasi posituræ cæli, θεματα. Eodem planè sensu Suet. in Aug. cap. 94. Thema posuit, cùm ait: Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut tema suum vulgaverit, &c. supra genitaram dixerat.

¶ Thema controversiarum declamandæ argumentum. Quintil. lib. 7. cap. 1. Erat mihi curæ in controversiis forensibus nosse omnia, quæ in causa versarentur. Nam in schola certa sunt & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci vocant, Cicero proposita. Quintil. Senior declamat. 316. quidquid contra colore tam.

Thēmīs, is, vel idis, vel etiam, istis, θεμα. Cæli & Terræ filia fuit, quæ lovis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compressa fuit. Hæc dea putabatur, quæ præcipiteret hominibus id petere quod fas est, ut ait Festus, (nam θεμα Græcæ fas dicitur) habuitque vetustissimum oraculum in Bœotia, ad Cephisum amnum. Ovid. 1. Metam.

Fatidicāmque Themis qua tunc oracula tenebat.

Claud. sic Atropos urget,
Sic ecceinit longava Themis.

¶ Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta. Thēmīs, eadem est quæ Themis, Cicer. in Pisonem, Licet Themista sapientior. Themis accusativum facit Themis, & Themista:

à quorum posteriore sit Themista, & Themiscyra, θεμισκυρα, Regio Ponti, finitima Cappadocia: ut scribit Plin. lib. 6. cap. 3. & Mela lib. 1. Thémisōn, θεμισων, Medicus apud Herodot. & Cornel. Celsum. Thémisōnēs, θεμισωνις, sive Themisonii, Populi à Themisonio Phrygiae majoris loco prope Lyciam. Thémistōfūs, θεμιστοφούς, Philosophus fuit temporibus Juliani apostata, à quo etiam praetor Constantinopolis urbis promotus est: Scripsit paraphrasim in Aristotelis Physica, libris octo: in Analytica posteriora libris duobus. Præterea edidit sua: videlicet, De intentione & inscripione prædicamentorum, disputationes etiam quasdam. Hic Valentem Imperatorem quotidie sacerdientem in orthodoxos, auctoritate sua, & epistolis reddidit mihiorem. Suidas.

Thémistocles, θεμιστοκλης, nomen viri Atheniensis clarissimi, Neoclis filij: qui prodigus ac lascivus prima iuventute, postea dux delectus, res inclytas gessit, Pyraeum munivit. Bello maritimo Persas apud Salaminem vicit. Hic quum ab ingrata patria exul factus esset, & à Xerxe princeps exercitus adversus Atheniensis magno cum honore creatus, quum videret patriae suae ingentis clavis periculum imminentem, hausto tauri sanguine se ipsum interemis, ne aut regi de se bene merito infidelis esset, non pugnando viriliter, aut patriae suae hostis atque oppugnator videretur. Vide Plutarchum.

Thémistogēnes, θεμιστογένης, Syracusanus historicus, Cyri expeditiōnem & bella, quæ in historia Xerophontis continentur, composuit. Autor Suidas.

Thēnsæ, (ut docet Asconius) sunt sacra vehicula, cum pompa ordinum & officiorum: sic dictæ quod ante eas linteæ tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas deducant. Vel id est, à re divina, & sic per th scribitur, ut docet ipsa verbi notatio. Cic. ad Aruspicum respons. Te appello Lentule, cuius sacerdotii sunt thensæ, curricula, præcentio, iudi, libationes. Liv. lib. 5. Quæ augustissima vestis est, thensas ducentibus, triumphibus, ea vestiti medio ædium eburneis sellis sedere. Item, Thensem Deorum vehiculum, non tentum dixerunt, ne verbum turpe sonaret in sacris. Diomed. lib. 1.

Thenupha, agitatio, est ritus quo peccatum victimæ in omnem partem agitatum, & quaqua versus motum attollitur.

Thēoclymenus, θεοκλημηνος, Homero lib. Odyss. 17. Vates qui Penelope prædictis Vlyssis in Græciam redditum.

Thēocrinēs, θεοκρινης, nomen ejusdem Atheniensis, qui primum Tragediarum actor fuit: deinde calumniator & sycophanta. Unde & Demosthenes in Orat. pro Ctesiph. Eschinem, tragicum Theocrinem vocat. Erasmus in Chiliad.

Thēocritus, θεοκριτος, Poëta Syracusanus, Praxagora, sive (ut alii malunt) Symmachi & Philinæ filius, qui sub Ptolemaeo Lagi filio floruit. Alii Coum fuisse volunt, sed admodum iuvenem Syracusas commigrasse. Scripsit Idyllia in genere bucolico, quæ eriam hodie omnium manibus teruntur. Fuit & alter Theocritus, historicus Chius, Theopompi æqualis, & in administratione Reipub. æmulus, Scripsit historiam Libycam, & epistolas quasdam. Autor Suidas.

Thēodāmas, θεοδαμας, pater Hyle fuit, qui ab ejus nomine Thēodamantæus dicitur à Propertio lib. 1. Eleg. 20.

Est tibi non infra speciem, non nomine dispar.

Thēodamantæo proximus ardor Hyle.

Thēodēctes, θεοδέκτης, Orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Ilocratis & Aristotelis, qui ei suos de Rhetorica libros dedicavit. Conversus deinde ad Tragedias, scripsit fabulas 2. Decessit Athenis annos XL. Scripsit & versibus artem Rhetoricam: laudavit & vinum Artemisie Mausolum, unum cum claris eo tempore oratoribus. Theodectes orator, superioris filius, scripsit encomium Alexandri Regis Epirotarum: commentarios historicos: artem Rhetoricam libris VII. aliisque complura. Autor utriusque Suidas.

Theodoromedes nomen proprium. Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.

Thēodōrūs, θεοδόρος, Byzantius sophista, à Platone vocatus λογοδαλος. Logodædalus. Scripsit contra Thrasylulum & Andocidem, & alia quædam. Suidas. Theodorus & Teladæsus fratres Samii, sculptræ celeberrimi, quorum alter in Samo Pythii Apollinis signum incœpit: alter Ephesi eodem tempore, & alio saxo absolvit: quibus simul compositis ita convenit, ut unum corpus ab uno artifice, & ex uno lapide sculptum videretur. Genus artis hujus est Græcis ignotum, sed apud Ægyptios frequentatum. Nam soli hominum non oculis tantum totius statuæ compositionem metiebantur, sed dimensione, ut ex variis multisque lapidibus in unum corpus, in certam mensuram statua perficeretur. De hoc Theodoro Diogenes testatur, quod non solum sculptor, sed etiam architectus fuit, quodque Ephesiis autor extiterit, ut Diana templi fundamentis carbones subjicerent, ut locus alioqui humidus immobilem acciperet soliditatem. Idem primus ferrum fundere docuit, statuante ferream fecit. Autor Pausanias. Theodorus Gadareus, nobilis orator. Gadara autem, Syriæ civitas est, non longè ab Ascalone: verum ipse dici maluit Rhodius, teste Strabone, cuius tempore fuit. Ejus discipuli Theodorei sunt dicti: inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit. Tiberius quoque princeps quum secessisset Rhodum, eum studiosè audivit, ut Quintilian. lib. 4. tradit.

Theodorus alius fuit cognomento Atheos, Zenonis primus, mox & Pyrrhonis auditor: de quo vide Laertium & Suidam.

Thēodōsiā, θεοδοσια, Tauricæ Chersonesi urbs, Ptolem. lib. 3. cap. 6. & Plin. lib. 4. cap. 12.

Theodosiopolis, M. sub P. Antiocheno,

Thēodōsius, θεοδοσιος. Nomen proprium duorum Romanorum principum, quorum vitam vide apud Eutropium. Theodosius alius fuit insignis Mathematicus: cuius scripta enumerantur à Suida.

Thēodōtā, θεοδοτη, Meretrix Elea fuit, lepida in primis & festiva: cuius meminit Xenophon de dictis & factis Socratis: & Laertius in vita Arcesilai.

Thēodōtūs, θεοδοτος, patria Chius, ultimi Ptolemæi in Rhetoricis præceptor fuit, qui decitantibus in consilio Ægyptiorum satapis,

an Pompeius, post prælium Pharsalicum profugus, esset in Ægyptum recipiendus, pro sententia dixit, recipiendum quidem esse, sed receptum occidendum: adjiciens tritum illud proverbium, Mortuos non mordere. Hunc postea, Cæsare interfecto Brutus in Asia repersum, & ad se adductum interfici jussit. Vide Plutarchum in vita Pompeij. Theodotum alium memorat Philostratus in Sophistis, qui tempore Herodis Attici præfuit Atheniensium scholæ.

Theogenes celebris Mathematicus, cuius meminit Suet. in vita Augus. cap. 49. In secessu Apollonie Theogenis Mathematici pergulam ascenderat. (sup. Augustus,) &c. Ita enim legit Suet. emendator Casaubonus, cum antea légeretur Theagenis.

Thēognis, θεογνης, Poëta fuit Siculus, Megaris natus, lxx. Olympiade, qui utiles quidem & locu dignas paræneses conscripsit, nisi fœdis amoribus passim aspersis eas contaminasset. Proverbium est, ut est autor Gell. cap. 3. lib. 1. Priusquam Theognis nascetur, &c. Theogoniā, θεογνηα, Deorum origo: quo nomine extat opus Hesiodi, deorum genealogias explicans. Cic. 1. de natura deor. Quum vero, Hesiodi Theogonium, id est, originem deorum interpretatur, tollit omnino:

THEOLGUS, i. θεολογος. GAL. Theologian. ITAL. & HISP. Theologo; GERM. Ein gelehrter der schrift Gottes. ANGL. A theologe. Philosopher circa rerum divinarum cognitionem versans. Cic. 3. de nat. deor. Principio Ioves tres numerant ii, qui Theologi nominantur.

Thēolögia, θεολογia. GAL. Theologie ITAL. & HISP. Theologia. GERM. Verstand oder wissenschaft der schrift Gottes. ANGL. Theologie, divinitate. Prima philosophie pars, quæ versatur circa Dei & rerum divinarum contemplationem.

Thēombrotus, θεομποτος, Philosophus fuit, Metroclis auditor, & præceptor Demetrii Alexandrinii: cuius meminit Laertius in Metroclis Thēombrotiōs θεομποτη, herba magica, quæ Persarum reges adversus omnia cum animi tum corporis incommoda utabantur. Plin. lib. 2. 4. cap. 17. Theombrotum triginta schenches à Choaspe nasci, pavonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem à regibus Persarum comedì aut bibi contra omnium corporum incommoda, instabilitatemque mentis, eandem denique semnon à potentia majestate appellari.

Thēomnestus, θεομνηστος, Cous, ut autor est Strabo lib. 4. vir fuit clarus administratione Reip. & Nicæ tyranni æmulus.

Thēon, θεων, nomen pictoris Samii, de quo Quintil. lib. 11. de instit. Orat. Alter Mathematicus, qui scripsit de spiritibus ad Ptolemaeum Astrologum. Tertius grammaticus, interpres Apollonii rodij.

Fuerunt, & alii hoc nomine, qui commemorantur à Suida: ex quibus celeberrimus fuit Théon Alexandrinus, eisdem patria tempore & disciplinis, quibus Pappus, sub Theodosio seniore. Scripsit de Astrologia, commentarijque in Ptolemaeum & Astrolabium patrum, & alia. Theon item alius & ipse Alexandrinus, Stoicus, tempore superior: siquidem sub Augusto post Arrium Philosophum emicuit: scripsit in Physicam, & in artem Rheticam, & alia. Alius item eius nominis Stoicus fuit Antiochenus, omnium antiquissimus, qui scripsit apologiam Socratis. Quartus Smyrnæus. Quintus etiam Alexandrinus, Sophista, cognominatus Alius, qui Progymnasmata quædam Rheticæ scripsit, & commentarios in Xenophontem, Isocratem & Demosthenem. Autor Suidas. Theon item Sidonius, Sophista, qui in Patria ludum aperuit sub Constantino. Fuit & marmoris cælator hoc nomine, unus ex iis qui Mausoleum cælaverunt: cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 11. Theon prætor hos Poëta quidam fuit rabiosæ cujusdam loquacitatis: petulantissimæque maleficentiaz. Unde factum est, ut Theonino dente rodi cum dicamus, qui convitiis lacefitur. Vide Erasmi Adagia.

Thēophanes, θεοφῆνης, Mitylenæus historicus, scriptor rerum Pompeii Magni: cuius meminit Cicer. in Orat. pro Archia.

Theophania, θεοφῆνη, n. festum apparitionis Dci.

Thēophilus, θεοφηλος, Cæsareæ Palæstinæ Præsul, Severo imperante, cuius meminit Hieronymus. Theophilus alius Antiochenus Præsul, qui imperante M. Antonio librum in Marcionem edidit, & alia quædam, quæ ab Hieronymo commemorantur. Alius item eiusdem nominis Præsul Antiochenus, ad quem Lucas scripsit acta Apostolorum. Alius quoque Præsul Alexandrinus, qui scripsit adversus Origenem. Præter hos Theophilus Comicus antiquæ Comœdiz: cuius fabulas nonnullas commemorat Suidas.

Thēophrastus, θεοφραστος: Philosophus fuit ex Eresso Lesbi oppido, primus Tyrannus appellatus, deinde Euphrastus, & postremo Theophrastus, ob oris & eloquentia suavitatem propemodum divinam. Hic Peripateticorum eloquentissimus doctissimusque fuit. Aristotelis discipulus & in schola successor. Dicere solebat, doctum hominem ex omnibus solum neque alienis locis peregrinum esse, neque inopem amicorum. Habuit discipulos ad duo millia. Opera eius à Diogene commemorantur, inter quæ sunt libri sex epitomes in Aristotelem de animalibus. Extant hodie tantum de plantis conversi à Theodoro Gaza, & parva quædam opuscula. Excessit admodum senex. Ex Suida, Diogene, Strabone. Theophrastus alter fuit Ephesius, cuius meminit Alianus de varia historia.

Thēopollis, θεοπολης. Maxima Syriæ civitas, sic à Justiniano nominata post terræmotum, quum prius Antiochia diceretur. Autor Steph.

Thēompōpus, θεομποπος, Chius orator & historicus post Thucidem & Herodotum, teste Quintiliano, quibus ut in historia minor, ita oratori magis similis: ut qui antequam esset ad hoc opus sollicitatus, diu fuit orator. Filius fuit Damasistrati, teste Suida, & auditor Isocratis. Scripsit Epitomen Herodoti libris duobus, & Rerum Græcarum Historiam post bellum eleponnesiacum incipiens, ubi desit Thucydides. Theopompus alius fuit Atheniensis, Theodorus fatus, & Etis filius, antiquæ comœdiz scriptor: cuius fabulas recenset Suidas. Præter hos Theopompus Gnidius, Cæsar's familiaris, qui Atticidorum habuit filium, qui apud Cæsarem ipsum plurimum poterat, ut scribit Strabo lib. 14. Theopompus item alius fuit, Rex Spartanorum, qui quum primus instituisset ut Ephori Lacedæmonem createntur, ut futuri regis potestati oppositi, quemadmodum Roma

Romæ Consulari imperio Tribuni pleb. sunt objecti: atque illi uxor dixisset, id egisse illum ut filio minorem potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, sed diurniorem. Optimè quidem. Ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imponit. Igitur Theopompus legitimis regnum vinculis constringendo, quò longius à licentia retraxit, hoc ad benevolentiam civium propriùs admovit. Hæc Valerius Max. lib. 4. cap. 1. Quintil. tamen lib. 2. hanc modestiam parum valuisse demonstrat, captum demum fuisse ostendens: Theopompus (inquit) Lacedæmonius, permutato cum uxore habitu, è custodia evasit, ut mulier.

THΕOREMA, tis, Latinè, Speculatio, commentatio. { **IMPAREN** highghajon. **GAL**. Contemplation. **ITAL**. Speculatione. **GERM**. Ein blosse beschauung oder nachsinnung desse gemäts. **HISP**. Contemplacion. **ANG**. Contemplacion, & beholding. } Cicer. de Fato, Etenim si est divinatio, qualibusham à præceptis attis proficiscitur? Præcepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρία.

THEORETECC, θεωρία, ars quæ nullum exigens actum, ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta est. Quint. lib. 1. cap. 18. Theoreticus, a, um, θεωρίκος, n, dr, speculandi vi prædictus: item in speculatione positus.

Theoretrum, θεωρία, munus sponsæ datum.

THEORIA, θεωρία, Speculatio, meditatio, contemplatio, διάνοια της θεωρίας, quod est animo contemplari.

Theoricus, a, um, θεωρίκος, n, dr, ad theoriam pertinens. Quintilian. lib. 2. 8.

Theorica, pecunia, quæ foros, & sedilia in spectaculis emebant. Rh. **THEORIΚ**, θεωρία, Athenis dicebantur, qui quotannis publico nomine in Delum navigabant Apollini litatum: quorum etiam navis, quæ vehabantur, theoris dicebatur. Autor Suidas.

Theos, Deus. δέος τοῦ θεού, à prospectando, quod omnia cernat Deus. Theistica lingua, todesca. Gl. ver.

THEOROCOS, θεολόγος. Virginis matris epitheton est, quod Latinè Deiparam vertere possumus. Contrà, Theotocös accentu in antepenultimam translato, θεοτόκος, passivam habet significationem, idem valens quod ex Deo natus. Verum hujusmodi dictiones merè Græcas, quæ nostris literis scribi non consueverunt, satius fuerit è Græcolatino Lexico petere: quum hue nihil magis pertineant quædam Latinatum vocum significaciones ad Græcorum Lexica.

THEOXENA, θεοχενα. A Philippi Macedonis militibus cincta, quum eorum manus effugere non posset, se præcipitem dedit in mare. Vide Livium lib. 4.

THERÄ, θερæ. Insula una ex Cycladibus in Ægeo, ex qua profecti sunt Therei qui Cyrenem in Africa condidere. Hæc olim Calista dicebatur, teste Callimacho, cuius ea de re hoc exstat distichon,

Kακήν πεπονάσθε, τὸ οὐρανὸν ἔνοικον θεῖον,
Μονῆ δίπτε τούτοις ημετέρην. hoc est,
Nomine Callista primùm, sed postmodò Thera
Dicit fuit tellus urbis origo mea.

Hæc ex Strabone lib. 17. Distat autem ab Io insula xxv. m. pass. ubes habet duas, Eleusinem, & Oeam. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & Prolem. lib. 3. cap. 15.

THEREĀMENES, indumentum dictum, quod setam intextam habeat. Poll. lib. 7.

THEREAMENES, θεραμῆνες, Civis Atheniensis, unus ex triginta tyrannis, qui quum à collegis multos insontes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cum cæterorum omnium, tum præcipue Critiæ cuiusdam, qui reliquos in potentia, ita & immanitate antecedebat, odium in se concitat: tandemque per calumniam circumventus, & innocens capititis damnatus, quum cicutam avidè hausisset, quod reliquum erat è poculo ejiciens, Propino (inquit) hoc pulcro Critiæ. De hoc sic scribit Cic. 1. Tasc. quæst. Proh dij immortales, quædam illud iter jucundum esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla solicitude futura sit? Quædam me delectat Theramenes, quædam elato animo est. Etsi enim flemus quum legimus, tamen non misérabiliter vir clarus emoritur: qui quum conjectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum venenum ut sibi ebibisset, reliquum sic è poculo ejicit, ut id resonaret, Quo sonitu reddito arridens, Propino (inquit) hoc pulcro Critiæ, qui in eum fuerat terribilis. Græci enim in conviviis solent nominare cui poculum tradituri sunt.

THEREAMNE, sive Theramna, arum, θεραμνον Stephano, Laconia oppidum est, non procul à Sparta, teste Plin. lib. 4. cap. 5.

THEREAPHIN, idola, vestimentum sacerdotale. Pap.

THEREAPNAE, arum, θεραπνα, vicus est Laconia, teste Mela, in quo Leda Castorem & Pollucem, Helenam & Clytemnestram peperit. Stat. lib. 3. Thibaid.

Tanareñque cacumen, Apollineñque Therapnas.

¶ Dicit autem putantur Therapnæ, δέος της θεραπνας, quod ibi Dioscuri religiosissime colerentur.

THEREAPNAE, a, um, adjective. Ovid. in Epist. Paridis;

Da modo te facilem, nec dedignare maritam

Rure Therapno nota puella Phrygem.

Idem lib. 3. Fast.

Prima Therapno feci de sanguine florem.

THEREAPONTIGONUS nomen Militis apud Plaut. Curi. sc. 1. a. 3.

THEREASIA, θερασία. Insula est in mari Cretico, una Sporadum, olim Theræ pars, postea undarum impetu avulsa, ut refert Plin. lib. 4. cap. 12.

THEREACUS, a, um, θερακης, n, dr, ad θερακια, id est, bestias pertinens.

THEREACE, es, sive Theriaca, æ. { θερια, θερια, θερια. r. **GAL**.

Theriaca. **ITAL**. Theriarcha. **GERM**. Θεριακη. **HISP**. Ariaca. **ANG**. *Treacle, a sort of medicament nt against all venime.* } Medicamentum præstantissimum, multis ex simplicibus conflatum, singulare adversus venena omnia remedium. Dicta Theriaca δέος της θεραπνας, hoc est, à venenatis bestiis, sive quod illarum carnes recipiat hæc compositio (sit enim ex viperina carne) sive quod earum venenis adversetur. Plinii certè Theriacam ab effectu, non à materia vide-

tur appellasse, non unam ejus conficiendæ rationem prescribens cui tamen nulla admiscet venena. ¶ Quin & vitis quoddam genus in Theffalo nascens, Theriacen appellat, non aliam ob causam, quæ quod venenatis omnibus videatur resistere. Vide ipsum lib. 21. cap. 21. & lib. 14. cap. 18.

THEREICLES, θερικης, Sculptor insignis fuit, calicibus ex terebintho tornandis nobilitatus, teste Plin. lib. 16. c. 40. ¶ Suidas prætereà Thericles figuris cuiusdam meminit, qui primus pocula ex luto creditur finxisse: unde Theriacæ, pro fictilibus quidam usurparunt. **THERE**IMACHUS, θερικης, nomen Pictoris insignis, de quo Plin. lib. 35. cap. 10.

THERIOMA, θεριoma, ulceris genus tertrimi: à θεριω in ferinam natum muto.

THERIOTRÖPHIUM, θεριοτρόφεον, **GAL**. Un parc à nourrir bêtes sauvages. **ITAL**. Vivario, barco. **GERM**. Ein thiergarten. **HISP**. Birvar donde se crián animales. **ANG**. A park to feed wild beasts in. } Vivarium, in quo feræ aluntur. Varr. lib. 3. de rerust. Sylva erat (ut dicebat) supra quinquaginta jugerum, maceria septa, quod non leporatum, sed theriotrophium appellabat.

THERIÖMÄ, θεριωμα. **GAL**. Un ulcere appellé sic. **ITAL**. Fistola. **GERM**. Feigrohren. **HISP**. Llaga que haze materia. **ANG**. A disease in the fundament called the pilles. } Ulcus virilium, interim & sedis, & partium aliarum, multo ac nigro sanguine, mali odoris arca fit caro, & correditur. Ex quo nasci quandoque solet herpes esthiomenos. Ita vocatur ulceris genus, quod serpendo corpus ossa usque devorat, inqualle, ac ecno simile.

THERIÖNÄRCÄ, θεριωμα, trutex est subherbaceus, roseo flore: inde nomen habens, quod corpore afferat serpentibus, quasi θεριων ράχη. Vide Plin. lib. 15. cap. 9.

THERIÖSTRUM. { θεριστρον redhid. θεριστρον, } Velamen, vel vestis æstiva, tenuis, quæ utebantur mulieres Palæstinæ. Dictum Theristrum, sive quod eo οι θερισται. hoc est, messores uterentur: sive quod eo θερισται, æstate maximè usui esset.

THERMUS, a, um, θερμος, n, dr, calidus, a, um, à θερμος calefacio. Hinc

THERMÆ, { θερμη. **GAL**. Estuves, bains. **ITAL**. Sinse, bagno. **GERM**. Von natur warme bader. **HISP**. Baño ó estufa. **ANG**. Baynes, sles washing places. } Loca aquas habentia aut sponte naturæ calentes, aut fornicæ calefactas, sudandi lavandive usibus deputata, δέος της θερμης. hoc est, à calore, propriè tamen Therimas vocamus, quas sudandi gratiâ ingredimur: quæ Seneca Sudatoria vocat. Quid (inquit) cum sudatoriis? Omnis sudor per laborem exeat. In quæ vero descendimus, ut lavemur, Balneas vocamus, & Balnearia. Græci βαλναῖον. Quæ tamen differentia perpetua non est. Nam & thermas pro balneis legimus, in quibus aquæ calidæ lavamur. Vide Vallam in Randensem, & ea quæ suprà annotavimus in dictione Balnea. Martial. lib. 1.

Hic ubi miramur velocia munera thermas.

THERMULEARUM, arum, diminutivum. { θερμης θερμη. **GAL**. Petites étuves, petit bain. **ITAL**. Picciole stufæ, picciol bagno. **GERM**. Wärme bädlin. **HISP**. Pequeño baño ó estufa. **ANG**. Little stoves. } Martial. lib. 2.

Hetruscis nisi thermulæ larveris.

Illotus morieris Oppiane.

THERMANTICUS, a, um, θερμαντικος, n, dr, habens vim calefaciendi.

THERMATRIS, θερμη, caldarium, in quo calefit aqua: à θερμη calefacio. ¶ Est & vasculum aurificis cancro simile, concavum. ¶ Est etiam concitata & quasi fervida saltationis genus.

THERMEFACIO, is, ere. Esculentis atque poculentis ingurgitatis, atque exhaustis in thermopolio calefacere. Plaut. Sticho, Mehercule vero eo quantum potest jam ne exta excocta sunt quod thermefecerat.

THERMĒ, θερμη, civitas in Thracia: unde Thermaicus sinus. θερμης κόλπος. ¶ Thermæ prætereà Sicilia oppidum, autore Pomponio Mela lib. 1. ¶ Inde Thermitani. Cicer. 4. Vertina.

THERMEUSIS, θερμουσ, insula est ante sinum Pegasicum, non procul à Scyro: cuius meminir Plin. lib. 4. cap. 12.

THERMODÖÖN, tis, vel Thermodön, tis, secunda syllaba producta, θερμαδα, Suidæ. Fluvius est Temiscyræ (quæ est regiuncula Capadociæ contermina) Amazonum sedibus nobilitatus. Virg. II. Eneid.

Quales Thericiæ quum flumina Thermodontis

Pulsant, & piœti bellantur Amazones armis.

Quo in loco nonnulli legunt Thermodoontis, impari syllabarum numero: sed pereram, quum secunda syllaba scribatur per θέρμη.

THERMODÖÖNTÆS, sive Thermodonteus, adjectivum, θερμοδοντικος. Propertius lib. 3.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mannis,

Thermodontis turbæ lavatur aquis.

Dicitur & Thermodoontiacus. Ovid. 9. Metam.

Thermodontaco calatus balcheus auro.

Claudian. 2. de rapto Proserpin.

Thermodontacea Tanaim fregere bipenni.

THERMÖÖLÜM, θερμούλιον, Taberna in qua potionis calidæ vendebantur, Plaut. in Curi. sc. 3. a. 2. Tum isti Græci palliati, capite operato qui ambulant, semper videoes bibentes in Thermopolio. Idem in Trinum. in Thermopolio Condalium es oblitus. Idem Iſ. ud. sc. 4. a. 2. Qui in corde instruere quondam cœpit Thermopolium. (quia scilicet ex pectore ducere & promere potest.)

THERMÖÖPÖTX, θερμοποτæ, qui calidam bibunt, unde Thermopotare verbum effinxit Plaut. in Trin. Postquam (inquit) Thermopotasti gutturem, recipe te & recurre pede recenti, id est, postquam guttur calida potionē oblectasti.

Thermopota, thermum poto. Plaut. Trin. 4. 3.

THERMÖÖPÖŁ, θερμοποτæ, mons Græciæ longissimus, qui à Leucade incipiens, inde in ortum flexus, in Ægæum usque mare protendit, mediāmque Græciæ ita dirimit, quemadmodum Italianum Apenninus. Dictæ Thermopole, ab angustis fauibus, aquis calidis scatentibus. Montium enim angustias, ut Lagini portas, ita Græci πολις appellant.